

Universitätsbibliothek Wuppertal

Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

Chamier, Daniel

Frankfurt, 1627

Liber primus, De sancta trinitate

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-914](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-914)



PANSTRATIÆ CATHOLICÆ
TOMI SECUNDI

LIBER PRIMVS,

Qui est,

DE SANCTA TRINITATE.

Caput Primum.

Catholicorum Confessio de Trinitate.



BENI habet. Iecimus, auspice Deo, fundamentum totius Christianitatis, Scripturam Sacram super qua ædificata fides (instar domus illius, quam in saxo solidissimo constructam frustra ventorum furor verberat, imbrum violentia percutit, torrentium pulsat infana rapiditas) stat immobilis quantumvis furiose tentata nouis subinde hæreticorum emegentium coniurationibus. Ad hanc rupem naufragium impietatis Gnostico-rum infinita classis fecit: fecit & Marcionitarum: fecit Manichæorum: fecit

Arianorum, Pelagianorum, Nestorianorum, Eutyrianorum, Monothelitarum, Acephalorum: fecit aliorum nullo numero. Quo magis spem bonam nos oportet habere, ne Papistas quidem, in quos se illi aut omnes, aut pene omnes videntur exonerasse, alium manere exitum. Et si longè audaciores insulant Catholicis, sese intra tutum portum prudenter constanterque continentibus. Itaque tuo semper auxilio fretus omnipotens Seruator, pergo ad reliquas instituti mei partes, vastum, imo infinitum pelagus controuersiarum ingrediens, postquam à portu solui feliciter. Tu igitur, qui non solum certis, nec vnquam labantibus vestigiis vndas ipse calcasti: sed etiam discipulum tantum in fluctibus iam iam abforbendum potenter sustentasti: da, vt qui, te auspicio, bene hanc navigationem inchoauit, eandem feliciter absoluat: & qui Cynosuram constituit, verbum tuum primo prædicatum, deinde scriptum ab Apostolis & Prophetis amanentibus tuis: suffice etiam remos, suffice vela, suffice ventum secundum Spiritus tui: vt ne me in Breuia & Syrtes malus error abducatur.

II. Secundus locus controuersias habet de Deo, Deique cultu, In Deo: Primum quæ ad Trinitatem pertinent: deinde, quæ ad Filij incarnationem. Et in Trinitate, primo quæ ad personas, tum quæ ad attributa

III. In personis traducunt Catholicos Papistæ, tanquã & Sabellianos, & Arianos. Et quidem tam pertinaciter, vt quãuis nullies testati simus, nos ab his hæreticis abesse quam longissimè, quin eos etiam constantissimè execrari: tamen quo iure, quauis iniuria, sibi credi volunt. Argumenta, imò sophismata & calumnias colligunt, quibus nos inuitos & reluctantes hæreticos, efficiant. Quasi ex propria persuasione non hæretici censendi, potius quam ex animosis aduersariorum accusationibus. Certe olim exulceratis animis Cyrillus & Theodoretus nihil non sibi inuicem obiectabant: nec magis tamen alteruter hæreticus. Enimvero nos ne i: sumus, qui fidem nostram dissimulemus? Quod quidem si potuissim: semus in animum inducere, iam pridem poteramus quiete viuere. Quis enim nescit in medio Papismo viuere feliciter etiam Atheos? Sed testantur aliquando tot carnifices, tot ignes, tot proseriptiones, tot exilia, esse nostram maiorem, constantioremque in fide profertenda quam ipsi vellent, qui nos tam violentè proscindunt impietatis falsis criminibus.

IV. Sed nos hoc de mysterio tanto, de Trinitate, inquam, sic credimus, sic profitemur in Gallicanæ confessionis art. 6. Sancta Scriptura nos docet in illa singulari & simplici essentia Diuina subsistere tres personas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. Patrem videlicet primam ordine causam, & originem rerum omnium: Filium autem eius sapientiam & Verbum æternum. Spiritum Sanctum eiusdem virtutem potentiam & efficaciam. Filium ab æterno ex Patre genitum: Spiritum Sanctum ab æterno ex Patre & Filio procedentem. Quæ tres personæ non sunt confusæ, sed distinctæ, nec tamen separate: sed coessentialis, coæterna, & coequalis: Denique in hoc mysterio approbamus quod ve-

tera illa quatuor concilia determinarunt: & omnes scilicet à vestris illis sanctis doctoribus: veluti Athanasio, Hilario, Cyrillo, Ambrosio, & cæteris, ex Dei verbo damnatas detestamur.

V. En tibi nostram fidem quis neget catholicam? aut quid est in eo articulo impietatis nomine traducendum? Imò, quid non ex scripturis sacris plenam fidem accipiens? non ab antiquis patribus constantissime disputatum? non in conciliis definitum & sancitum? Qui autem sic credunt, quo iure Sabellianismi accusentur? quo prætextu Arianismi damnantur? Imò Loricus, quamuis Iesuita, & quamuis vt Iesuita nobis catholicis infensissimus, Omnia, inquit, hæreses Trinitariorum nouorum, vt blasphemia, & iam olim à toto orbe Christiano damnata & prostrata cæteri horum temporum hæretici (audin' Iesuitam?) nullam hæresin contra fidem Christianam de Unitate & Trinitate Dei, & quæ eo pertinent, aperte profiterentur: nisi quod plerique, præsertim Caluinista (audin' Iesuitam?) Deum faciunt autorem & effectorem indurationis, & excacationis impiorum. Alphonsus item à Castro in suis de Hæresibus libris nihil inuenit quod in nobis roderit. Sic etiam Augustinæ confessionis articulum primum de Deo Vno & Trino, non tantum Carolus Cæsar acceptandum dixit, sed etiam Ioannes à Dauentria mutatum ab orthodoxa Ecclesia: & Cochleus, nullam de eo controuersiam esse.

C A P. II.

Catholicos non esse Trinitatis hostes.

PRIMA calumnia, Catholicos infamat tanquam in vniuersum Trinitatis hostes. Quod quis vnquam expectasset? Trinitas quid est, si non est trium personarum vna Essentia? qui igitur trium personarum vnã credit Essentiam, is profecto non potest dici hostis Trinitatis. At nos trium Personarum vnã credimus Essentiam: diserta confessionis in eam rem verba. Quomodo igitur hostes Trinitatis? Qui de Trinitate idem credit, quod sancierunt quatuor prima Concilia, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense, non est hostis Trinitatis: aur ipsa illa Concilia in Trinitatis hostibus numeranda. At hoc falsum. Quo igitur iure nos Trinitatis hostes? An quia Monachis placet? Ita sane, ratio alia nulla est. Sed quam isti dictaturam obtinent?

II. Probat tamen calumniam Euardentius Theomachia lib. 1. c. 13. § 5. *Wanam*, inquit Caluinus, quidem sepulta essent nomina videlicet Trinitatis & personarum, constaret modo hæc inter omnes fides, Patrem & Filium & Spiritum Sanctum esse vnũ Deum: nec tamen aut filium esse Patrem aut Spiritum Filium, sed proprietate quadam esse distinctos. Neque vero tam præcisam austeritate, vt ob nuda voculas digladiari sustineam. Hinc inde concipiendum argumentum: Quicumque vult sepulta nomina Trinitatis & personarum, is est hostis Trinitatis. At Caluinus ea nomina vult sepulta: ergo est hostis Trinitatis.

III. Respondeo, primo, nomina sumi aliquando materialiter pro ipsis literis & syllabis: vt quum negatur Trinitas consubstantialis inueniri in Scripturis: alias significatiue pro ipsis rebus: vt quum Trinitatem & consubstantialitatem Catholicis dicunt erui de Scripturis: Priori notione negatur maior: Quia error non in vocibus est: sed in sensu: siue, vt Nazianzenus, *in óντις, μὴ δὲ ἐν ἁγοίαις κείται ἢ ἀλλήλαις*. Itaque Hieronymus epist. 57. indignatur se hæreticum appellari, quum solum nomen hypostases respiceret. Nunc igitur, post dolor, post Nicænam fidem, post Alexandinum, iuncto pariter accidente, decretum, trium hypostases ab Arianorum præfule & Campensibus, nouellum à me homine Romano nomen exigitur. Qui, quæso, ista Apostoli prodidit? Quis nouus magister gentium Paulus hæc docuit? interrogamus, quid per tres hypostases posse arbitrentur intelligi. Tres personas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit sensus, expressum nomen essentialis, flagians:

paucis, iisque recentibus, dirigi ad solum Patrem, Apostolico more. Et ex Alberto recitat, Patrem solum inuocamus in sacrificio propter Patris auctoritatem. Item ex Carolo magno, ut ad solum Patrem dirigatur oratio: quamuis totius Trinitatis, ut una est Deitas, sic illi equalis honor & glorificatio debeat. Apostoli, sancto per eos ordinante Spiritu, sanxerunt, ne qui unum Deum, ob falsorum Deorum errores extirpandos, predicabant, in pluralem Diuinitatis numerum incidisse arguerentur ab iis, qui ineffabile Patris & Filij & Spiritus Sancti mysterium ignorabant. Inuocatum autem Patrem, quia prima est Diuinitatis persona, in qua cetera dua naturaliter manentes existunt.

XVIII. Sed enim inquit Sanctesius, Caluino Pater erat, non persona una, sed tota Deitas. Os impudens! Nam quo argumento? aut ubi unquam Caluinus totam Deitatem Patris nomine appellauit? Quamquam fallor. Totum enim Deitatem in Patre quis recuset agnoscere non blasphemus? non enim partialem Deitatem vllus Catholicorum formari potuit: sed abduxit me Sanctesius, qui, vt opinor, potuit Deitatem intelligit tres personas distincte: non enim aliter potuit opponere vni personae, quod in Caluino, qui sit verisimile; quum in argumento precedente Sanctesius improbat exponendum Deum & Patrem Trinitatem, ac proinde disterte ostenderit sibi probari, vt illud, credi tu in Deum, & in me credite, intelligatur, creditis in Patrem: etiam in me Filium eius credite. Et qui in Filium distincte credendum docuit, & que ac in Patrem is improbet Filium inuocari?

XIX. Quamquam quid opus est pluribus? Nam in iisdem precibus, quas ad Deum Patrem concipit nominat etiam Filius. In generali peccatorum confessione, Tu igitur nos misericordia dignare Deus & Pater clementissime ac summe misericors in nomine Filij tui Iesu Christi Domini nostri. Et io iis ad diem Dominicam, Deus omnipotens, Pater castus, te exauditurum preces, quas tibi in nomine dilecti Filij tui Iesu Christi Domini nostri fundere, nobis pollicitus es. Et post, Tibi igitur preces fundimus Pater celestis pro omnibus principibus & magistratibus, quorum ministerio ad nos gubernandos vteris: vt Spiritum tuum qui solus bonus est, & vere principalis, imperari illis atque in diis augere digneris: adeo vt Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum Dominatorem dominatorum, Regemque Regum esse certo persuasum habentes. Et in actione gratiarum post communionem Sacrosanctae Eucharistiae, unde etiam fiat, vt reliquum vite nostrae cursum propagationi gloriae tuae & adificationi proximorum dedecimus, per illum ipsum Iesum Christum Filium tuum, qui in unitate Sancti Spiritus uiuit tecum & regnat in aeternum. Audis Sycophanta, distincte Patrem & Filium & Spiritum Sanctum? & tute contra peracti cuiquam persuasurum? eadem operi neges profecto solem hunc meridie lucere.

XX. Sed editi sunt inter eius epistolas articuli de Dei nomine & illius recta acceptione, propter inuocationis vsum maxime. In iis haec lege, Sycophanta: & si quid boni sanguinis superest, erubescere. Si Patrem nominatim imploramus, vt nos exaudiat Filij nomine, sic nobis cogitandum est, ita nempe Christum sacrificio illo mortis sui aditum nobis ad Patrem patefecisse, ad nos illi sistendos cum fiducia, vt nunc etiam illius ipsius sacrificij virtute intercedat pro nobis, orationibus nostris gratiam conciliet, atque illarum effectum nobis impetret. Et post, Quum ad Christum orationem dirigimus aut petimus, vt ad Patrem nos ipse vt Mediator deducat: aut sic illum oramus, vt propria virtute nobis adsit, vt is in quem omnia collata sit, in quo habitat plenitudo Deitatis, atque adeo sit Deus noster aeternus manifestatus in carne. Atque utraque inuocandi Christi ratio & legitima & sancta est. Eant nunc oi τοι συκοφαντων αυταρεμει; & clamitent Caluino d spliuisse Trinitatem inuocari.

XXI. Urgebunt tamen illud de formula improbata. Sibi igitur eam Caluinus negauit placere. Vix potuit modestius: vix alioquin in improbandis iis, quibus impietatem subesse videbat non magis constans quam vehemens. Itane vero se illi gerunt homines (si Sycophantae homines sunt & non f. r.) vt non potuerit apud eos illum purgare constantissima in aliis infinitis locis doctrina a crimine haereseos? Et quorundam paucorum verborum modestissima vellicatio plena erit impietatis demonstratio? Iniquum est. Enimvero quid obstat, quominus in his rebus, quae insinuat sunt ab hominibus libere quisque, dum modeste, iudicium suum pronunciet? aut quis iusserat Caluinum iurare in verba alicuius? Quae Concilij definitio hanc formulam sanxerat? Nam Litaniarum vsum apud Papistas, quam sit antiquus, aut quanti apud Catholicos ponderis, quis nescit?

XXII. Enimvero causam habuit Caluinus, cui res erat cum nouis haereticis, qui Trinitatem monstruose imaginabantur abstracte, quasi quid discretum a tribus personis, quomodo h. αὐθρηπίτης mente saltem concipitur aliud quippiam ab omnibus hominibus. Itaque longe ille videbat cautius loquendum: hanc autem formulam accedere ad eorum somnia, qui non tres illas personas, sed eam Trinitatem, quam sibi imaginabantur, dicerent esse vnum Deum. Hoc igitur incommodum ille vitare voluit.

XXIII. Quamquam & barbariem accusabat: ea enim est, quae Trinitatem dixit esse vnum Deum: quod quidem si vocibus haeretas, ne cogitati quidem potest. Nam Trinitas non essentiam Dei significat, sed numerum personarum in Deo. Longe itaque dicas sanius, tres personas esse vnum Deum. Quamquam fateor de solis vocabulis hanc esse contentionem: quae, si absit fraus, vt paulo ante dicebamus, omnino sit parui momenti. Itaque cum Papistis de ea formula nunquam iixatus est Caluinus. Tantum Polonos, quorum intererat, monitos voluit, ne de rebus superuacaneis litigarent. Cui enim bono foret, cum importunis haereticis de ea formula serio contendere, atque si esset totidem literis expressa in Dei verbo?

XXIV. Haec solum est Caluino causa. Nam Sanctesius quid cogitat, cum hanc ei affingit, quod Trinitatis nomen referat personas, quae sint duntaxat proprietates, non vero Essentia Diuina: ad quam oratio referri debet? Hoc vero Caluinus vbi dixit? quando dixit? fateor dixisse. Quiconque olim de Trinitate loquuti sunt, ad personas tantum retulisse id nomen: quod qui improbet, quid habet quo se Arianum neget? Nam Catholicorum sane nunquam quisquam Trinitatem dixit Essentiam.

Atque adeo Genebrardus lib. 3. de Trinitate, Trinitatem vltro citroque commentum cum tribus hypostasibus, ad quas significandas vsu recepta est. Et eos rideret, qui originantur Trinitatem trium vnitatem. Imo longe ante eum Nazianzenus, orat. 5. de Theologia, πᾶς θεῖς ἐμὸς; τῆς ποσότητος τῆς ἁποκειμένης ἐν ἀδελφικῆς, & τῆς φύσεως τῆς ἀγαλλύμενης, omnia numerus significat quantitatem suppositorum, non autem naturam rerum. Sed hoc tamen quid habet commune cum illa definitione personae, quam Sanctesius dicebat?

XXV. Possuimus quibus ornem titulis, vix inuenio. Certe is longe superat omnem impudentiam, dum Caluino negat sapere Trinitatis nomen; & hanc ob causam, quod generis foemini cum sit, iungatur cum Deo, quae vox est masculina. Eamque ob causam appellari Hermaphroditum. Profecto hos ego homines credo hominis habere nihil praeter nudum nomen. Nam si peccatoris aliquid, vnde tam portentosa mendacia? Nam de Trinitatis voce quid sentia? Caluinus, lege inter eius epistolas istas, quae inseruntur de voce Trinitatis & personae, Quoniam uoces istas Trinitatis & personarum, plurimum ecclesiae Christi commodare intelligimus, vt & vera Patris & Filij & Spiritus Sancti distinctio clarius exprimat, & contentiosus controversus melius occurratur, ab his usque adeo non abhorremus, vt libenter eas amplemur: siue ex aliis audienda siue a nobis usurpanda sint. Itaque quod a nobis antea factum est, in posterum quoque operam duros, quoad licebit, recipimus, ne earum vsus in Ecclesiis nostris aboleatur. Probat ergo Caluinus Trinitatis nomen. Quam igitur Possuimus esse oportuit, quam immanem impudentiam, qui ausus sit & Sancto viro contrariam sententiam affingere: & praeterea tam monstruosam rationem ab inepta grammaticatione? Apage haec hominum monstra, Ieluitarum antesignanos.

C A P. III.

De definitione personae.

I. Secunda calumnia est, male a Catholicis personam definiti in Diuina. Atqui, en tibi Caluini definitionem ex Institutionis libr. 1. cap. 13. Personam uoco subsistentiam in Dei essentia, quae ad alios relata, proprietate incommunicabili distinguitur. Et Beza in priore parte quaestionum: Quid uocas essentiam? Naturam tribus illis personis communem. Quid personam? eos qui in hac ipsa natura subsistunt, & homilia prima aduersus Sacramentarios, in diuinis distinguuntur & uocantur, hoc modo; per τὸ ὑπόστασις significantur quae subsistunt in communi essentia, adiuncta proprietate, qua una hypostasis ad altera seceruntur. Polani in Syntagmate. Persona Deitatis est subsistentia in Diuina essentia, totam illam Diuinam essentiam natura in se habens, sed proprietate sua incommunicabili, ab aliis personis ad quas refertur, distincta. Zanchii de tribus Elohim, libr. 1. cap. 4. ὑπόστασις est res, seu substantia per se subsistens, individua, incommunicabilis, intelligens, uiuens, agens. Melancthonis in locis communibus, Persona ut Ecclesia in hoc articulo uisitur, est substantia individua, intelligens, & incommunicabilis.

II. Mitto alias, sed has verbis variantes, te pariantes scire uelim, quo titulo sint improbandae, aut quanto sit deterior ea, quam a Boethio acceptam retinent omne ferme Scholastici: Persona est rationalis natura individua subsistens. Examinemus ergo quid furoris Sycophantas agiarit, vt vix vsquam durius insanierint aduersus Catholicos.

III. Prima Sycophantia huius fuit, quae est 104. Caluinus docere personas esse aliud nihil, quam tres residentias ordine constitutas in Dei essentia. Et contra Chambernum illud residentiae vocabulum valde exagitat tanquam improprium, & nunquam vsurpatum.

IV. Ridicule, vt nihil dicam durius, allatrans uocem Gallicam in ea editione Institutionis Caluini. Verum Latine subsistentia est, vt cuius patet in definitione iam descripta. Responderet autem subsistentia ὑπόστασις, Graeco nomine ὑπόστασις, in hoc capite iam dudum celeberrimo: etsi ab initio non nullis ingrato. A Scholasticis autem vsurpatur absque scrupulo. Lombardus 1. distinct. 25. cap. 5. Quaedam necessitate translatum est hoc nomen PERSONAE, vt pluraliter diceretur, tres persona, quum quaereretur, quid tres, vel quid tria: ubi non significat essentiam, id est, naturam diuinam, quae communis est tribus personis, sed subsistentias, vel hypostasies. secundum Graecos: & capite proximo. Ideo dicuntur tres persona, tres subsistentia, tres entes. Non enim possunt dici tres subsistentia, vel entes, nisi singulis eorum esset persona, id est, essentia. Quia ergo eis commune est id, quod est persona, id est, essentia, ideo recte dicuntur tres persona, id est, subsistentia, vel subsistentes: ut sicut essentia quae est eis communis, uere ac proprie est, ita illi tres uera ac propria subsistentia, vel entes intelligantur.

V. Sedenim uocem illam Latinam editio Gallica expressit per Residentia. Credo, quia mollius, Gallisque uisarius, quam subsistentia, mitum acumen! Quae sententia Latine sit orthodoxa, sit uisatissima, eadem in numero Gallice uisit haeretica! O Sophista! Nimirum incognitum uobis illud Basilii contra Eunomium 2. οὐκ ἐν ὑπόστασις, ἀλλ' ἐν δυνάμει τῶν σημανομένων τὸ θεῖον, Non in sono aeri, sed in uirtute significatarum rerum est pietas. Enimvero quia Caluino, Residentia Gallice sciibenti, idem est quod Latine subsistentia; quod Graece hypostasis: Et qui hypostasis, qui subsistentiam dicit, Catholicus est: ergo omnibus, quibus exola Sycophantia, Caluinus erit Catholicus. Quomodo, etsi non nihil sit discriminis in originatione τὸ ὑπόστασις, & personae: tamen quia, qui personam dicunt, nihil intelligunt nisi hypostasin: & que utriusque Catholici. Nazianzenus orat. 32. μή οἱ παρὲς ταύτην λογισμαχῆντες ἀρχημωπέιστον ἄριστον οὐ δύναται κειμήλιον ἢ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐκ ἐν πειρασμοῖς, desinant qui de his inter se contendunt, ineptire perinde ac fidei nostra pietas in nominibus, non in rebus consistat. Denique uin' dicam? Peccauit Genebrardus idem cum Caluino peccatum cap. 20. Liturgiae qui illud Caroli Magni. Pater prima est diuinitatis persona, in qua cetera dua naturaliter manentes existunt, uertit ea laquello les deus, autres deux resident naturellement.

Nam, primo, Thomas Scholasticorum, ut nihil aliud dicam, non postremus, diserte usurpauit. Deinde et si *ἕως* huc *ἕως* huc, notio latius patet quam subsistendi: tamen interpretanda est pro rei, de qua agitur, natura. Sicut sane communes substantiæ non subsistendo: at certe hypostases esse non possunt, non subsistendo. Itaque si hypostases dicantur esse in essentia; omnino necesse est subsistere: quia videlicet non fiat nisi subsistendo.

XXI. Ad primam rationem respondeo, propriam singularemque substantiam tribui essentiæ diuinæ dupliciter, vel seorsim a rebus conditis, vel à tribus personis. Prior modus nihil ad hanc controuersiam: itaque negatur consequentia, scilicet si tribuatur essentiæ diuinæ subsistentia seorsim à rebus conditis, ergo constitui quaternitatem: sed tantum si seorsim à tribus personis: quod nunquam Caluinus cogitauit, Nunquam quisquam a Caluino doctus. Nullam vero tribui subsistentiam Deitati seorsim à Creaturis, necessariam quidem efficit consequentiam; sed non veram tamen, quia Antecedens falsum est Nam Anastasius Theopolitanus in expositione fidei, *τὸ πῶς ὁ θεὸς, πρὸς ἑαυτὸν ἀποθνήσκει*, Quid est substantia? res qua per se est.

XXII. Ad alteram rationem, dico omnia communia subsistere in indiuiduis: ac proinde probam esse loquutionem, et essentiam diuinam subsistere in tribus personis, vt ante dictum: sed vicissim ea, in quibus indiuidua non subsistant, esse vna tantum vnitate omnibus Catholicis; itaque in huiusmodi multiplicari substantias cū indiuiduis. Sic enim esse tres homines, Abrahamum, Isaacum, Iacobum: quia in iis humanitas subsistat: non contra ipsi in humanitate. At Dei essentia, non tantum est communis tribus personis; sed est etiam vna vnitate numeri. Ne mo enim dixit vnquam tres esse Deos, aut tres essentias Deitatis. Neque dixit quisquam Deitatem esse speciem Patris, Filii & Spiritus. Itaque nemini mirum videri debet, si reciprocetur phrasæ, Personæ sunt, siue subsistunt in Deitate: Deitas est, siue subsistit in tribus personis.

XXIII. Et videtur certe phrasæ nostra cauior in omnes partes. Primo enim docet vnitatem essentiæ contra Arrianos: & Trinitatem personarum contra Sabelianos. Tum excludit eorum somniationem, qui sic omnino putant Patrem, Filium, & Spiritum dici, quomodo Petrum, Iohannem, Iacobum, vnitate tantum Catholica, proinde quaternitatem excludit. Quia tamen hæc sermonum sunt cautela, potius quam rerum discrimina, permittimus libenter suam cuique libertatem. Bono sensu dicant, qui volent, imo nos ipsi dicamus interdum subsistere vnā essentiam in tribus personis: quando ita præsentantur Di. lecticorum regulæ. Sed & nos idem bono sensu dicere patiamur, subsistere tres personas in vna essentia. Et quemadmodum illis nos credimus, exerantibus in commodos illos sensus, ad quos maleficia homines traducere queant illam formulam: sic ne sint illi tam iniqui, tam inhumani, vt nostras protestationes pro nullis habeant, derisantium & quaternitatem, & quæuis alia portenta contra sanam doctrinam. Quod si tamen pergant *συμφωνεῖν* meminere eadem mensura sibi remendum iri.

XXIV. Quartum argumentum, quod simplicem, vnā & impartibilem essentiam multiplicemus, & in tres partes re ipsa seiungamus, dilanemusque: magnū crimen: si verum crimen, nec pro merito exagitatū aut Feuardentio aut Zachariæ Boverio Cappuchino: ille sexta: iste in Atheismo. Occasionem sumpsit à Beza, qui in confessione, *Verbum Dei, inquit, clare nos docet hanc essentiam diuinam distinctam esse realiter, & secundum veritatem & ab æterno, in tres personas*. Quibus verbis Franciscanus opponit esse quidem distinctas subsistentias, id est, personas, rationes atque relationes, at non substantiam siue essentiam. Cappuchinus durior Caluinum addidit dicere in actis Seruati, Persuadet quod Deum nos scindamus distinguendo simplicem eius essentiam in tres personas, & adnotat sentire reale distinctionem esse, quæ veram reidistinctæ per partes separationem, atque distinctionem significet: Tam confidenter, *Separata est, inquit, essentia, quam diuina natura simplicitas esse potest? Qui, in essentiam in personis distinguunt, illud necessario volunt, vt personæ ita essentiam inter se diuidant, vt vnāqueque suam sibi essentiam partem vindicet*. Et post, neque enim aliud est distinctam essentiam pronunciare, quam distinctionem notam in essentia ponere. Quibus substratis inflator, *Quid horribilius, quam tripartitam, aut tripartitam essentiam in Deo collocare?*

XXV. Mirum acumen Franciscanorum, quod lesuitas fugerit, & reliqua Caluini maligna genera, in id vnum nata, vt viro Sancto, imo non tam viro, quam veræ doctrinæ odium constarent, variis confictis criminibus. At nos, vere, recte, proprie dici defendimus Dei essentiam distinguī tribus personis: & qui hoc todant nihil nisi insanire. Vn' scire? Neque Feuardentius, neque Boverius, vel vnicum autorem, astipulatoremve habuere, tam dira somniationis: quanquam iste confidentissime & capcine, *Theologi, inquit, essentiam in tres personas distinguunt communiter vnā tanquam fidei Christianæ perniciosum damnant*. Hominem vide consummatissimum dicas Theologum, & cui nihil fuerit à primo seculo non cognitissimum tantus est Cuculli fastus.

XXVI. Atqui ego contra dico, testor, assero, solemnem esse Theologorum sententiam illam ipsam, quam profani isti Theologiæ morones lancinant. Anastasius Theopolitanus in expositione fidei, *μία ἡ φύσις, ἢ μία ἡ θεότης, διακρινόμεν ὑπὲρ τῆς τριῶν ὑποστάσεων, εἰς μορὰς ἢ ἑξ ἑκαστοῦ τῶν ἁγίων λόγων, Vna est natura, & vna Deitas, distincta quidem in tres hypostases, sed in vnitate concurrens, habita essentia ratione*. Basilus contra Eunomium 2. paulò antè recitatus, *ἀλλ' ἰδιώματα διακρίσει τὸ ἕκαστον, proprietates distinguunt quod commune est*: est autem essentia communis. Ergo essentiam distinguunt proprietates.

XXVII. Et ratio est manifesta ab vso communi. Nam quæ plura sunt inter se, & concurrunt tamen in aliquod commune secundum suæ definitionis rationem; eadem dicuntur distinguere id quod sic habent commune. Sic, quia homo, & brutum, disparantur inter se, secundum quod sunt animal; ideo animal dicitur distinguī in hominem & brutum. Sic, quia spiritus & corpus differunt inter se secundū quod sunt substantiæ; ideo substantia diuiditur in spiritum & corpus. Iam vero Personæ Trinitatis inter se distinguuntur in eo quod sunt essentia, siue substantia: hoc

probat: quia omnis persona est substantia. Et ita disputat Suarez cap. 1. de Trinitate, 1. & ante eum Bonauentura in distinct. 25. primi, artic. 1. quæst. 1. *Suppositum rationalis natura consistat esse substantiam: proprietatem distinguentem consistat esse relationem: Ergo cum persona vtrumque importet, scilicet suppositum, & proprietatem, necesse est dici secundum substantiam, & secundum relationem: & cum dicatur secundum substantiam, & secundum relationem, principaliter dicitur secundum substantiam, quantum est de generali & primo nominis intellectu. Quid igitur obstat quo minus recte dicatur essentia diuina distinguī in personas?*

XXVIII. Enimvero impudenter falsum est, ita significari personas, suas esse distinctas essentias, aut essentiæ partes. Asserunt quidē Monachi: sed *ἀπὸ τοῦ ὄνομα*, suo more, nulla addita ratione, nulla autoritate; ne coniectura quidem: adeo sibi sperarunt delatum iri: imo adeo sibi voluerunt omnia ingenia subiici, quasi, neque sentire, neque loqui cuiquam liceret, nisi ex eorum præscripto. Viderint alij: at Catholicis certum milles potius mori, quam his tyrannis subiici. Recte Nysenus 1. contra Eunomium, *ὁ λόγος ὁ θεὸς ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ ἀποθνήσκει*, *τὸ λεγόμενον, ἢ ἡ οὐσία ἡ ἐκείνη, ὅμοια ἐστὶν ὅμοια ἐκείνῃ, ὅμοια ἐστὶν ὅμοια ἐκείνῃ, ὅμοια ἐστὶν ὅμοια ἐκείνῃ*, *Omnia oratio, quam diu ex mera libidine, & sine vlla probatione effusitur, est quod dici solet, nuga aniles*. Et veto quodnam id est somniationis monitrum, nullam distinctionem admittere absque separatione? sic enim oportet, vt legitima sit calumnia; essentiam, si distinguatur, scindi, separari, secari, multiplicari. Atqui illud manifeste absurdum. Nā primo, quis ignorat alia realiter distinguī, alia ratione tantū aut quis dixit, quæ ratione tantum distinguantur, ea separari? Quid? quod ne ea quidem, quæ realiter? Nam mentem humanam norunt omnes distinguī in memoriam, intellectum & voluntatem, & quidem, vt non pauci voluerunt, ad imaginem Trinitatis. Quid hic vos Monachi? An separari, secari, scindi mentem? Deinde, et si distinguī genera omnes dicant in speciem: has ipsas etiam in indiuidua: tamen, qui genera, qui species dixerit multiplicari in ipsis, & non potius ea quæ sub ipsis, eam dico nihil retinere rationis humanæ.

XXIX. Illud autem, distinctam essentiam ponere distinctionis notam in ipsa essentia, quid sit non bene percipio. Nisi forte tantum sic Capucini cuculli acumen, vt cogitare potuerit, ab ipsa illa essentia desumi notam illam, quasi ipsa distingueretur essentia à seipsa, quod vere Capucinū somnium est. Nam quæcūque tandem distinctio detur, ea sumitur non à re quæ distinguitur, sed ab iis rebus in quas distinguitur; vt animal in hominem brutumque distinguitur, non ab ipsa animalis natura; sed ab eius speciebus, in quibus inuenitur quicquid est differentia, quam appellant specificam. Simili ratione, cum essentia diuinā distinguitur in personas, distinguendi ratio non est ab ipsa essentia, sed à personis.

XXX. Quanquam nolim negare distinctionem esse in essentia. Nam Nysenus 1. contra Eunomium, *ἡ ἀθάνατος φύσις ἡ θεοῦ, ἢ ἡ οὐσία ἡ ἐκείνη, ἢ ἡ οὐσία ἡ ἐκείνη, ἢ ἡ οὐσία ἡ ἐκείνη*, distinctionem ad seipsam habet maiestati naturæ suæ competentem. Et post, *τὸ ἐκείνη ἐκείνη ἢ ἡ οὐσία ἡ ἐκείνη, ἢ ἡ οὐσία ἡ ἐκείνη, ἢ ἡ οὐσία ἡ ἐκείνη*, *Inherentibus singularium hypostasiarum proprietatibus inconsusam discretamque distinctionem habet*. Enimvero si non sit, nihil habituræ sunt personæ commune cum essentia; cum tamen ipsi contendant aduersarij, & recte personam confici ex essentia & proprietatibus, nimirum distinctiuis. Atque adeo Dionysius Areopagita Ecclesiastica Hierarchiæ c. 1. scripsit, *τῆς τριῶν τῆς μοναδῆς*, quod sonat triplicem vnitatem, cum tamen vnitas non sit nisi essentia. Sed id tamen non obstat, quo minus vere dicatur, & sit vna essentia, quicquid tandem latent Franciscani canes. Nam propter infinitatem non potest alia atque alia essentia, sed tantum aliter, & aliter, nempe *ἀλλοιῶς, ἢ ἄλλοιῶς, ἢ ἄλλοιῶς*, vt qualibet persona perfecta in se substantia sit. (Vt recita recito Hilarij ex sermone in Festo Sanctæ Trinitatis, edito à Leunclauio Græce & Latine) non tamen tres substantia sint: sed vnus Deus; vna substantia, vna potestas, vna essentia, vna aternitas, vna maiestas, vna bonitas Pater, & Filius & Spiritus Sanctus.

XXXI. Sextum Argumentum apud eundem Feuardentium hæresi Beza in quæstionibus, *Si in Filio, vt & in Patre & Spiritu Sancto, tota persæctaque est Deitas, utpote impartibilis: tamen hanc Deitatem in personis non nisi reatiue consideramus*. Ergo, inquit, nullus est Deus absolute. Nam si Abraham, Isaac, & Iacob, naturam humanam non essent assequuti nisi reatiue, vere homines non extitissent, & opponit, *Ego sum qui sum: & qui est misit me ad vos, Exodi 3.* Item nomen Iehoua absolutam significat essentiam & Deitatem Secundo, omnis substantia est absoluta, & non ad aliud relata. Atqui Deitas seu natura diuina est substantia in tribus personis. Igitur absolute & non reatiue in his est credenda, consideranda, atque veneranda.

Tertio, Relationes, siue respectus in Deo sunt inter se distincti & diuersi At Deitas est omnino vna, siue in abstracto, & secundum se, siue vt personis communicata. Ergo in his absolute, non reatiue consideranda. Quarto, personæ diuinæ inter se distinguuntur per relationes suas. At non distinguuntur per substantiam. Ergo substantia non est in his reatiue consideranda. Quinto, Relationes non sunt proprie substantiæ. At Deitas est substantia. Ergo Deitas non est reatiue consideranda. Sexto, relata sunt simul natura. Deitas autem, vt in personis, neque ad aliam Deitatem refertur, neque ad eam quicquam. Ergo non est reatiue consideranda. Septimo, Relationes singulis personis sunt proprie. At substantia non est singulis personis propria. Ergo substantia non est reatiue consideranda in personis.

XXXII. Quid iam? huncce hominem rationibus pungam? An simul solum confodiam? Nam isthoc homine nemo magis astutus, qui tam impotenter in alios debacchetur quibuslibet probis indignis & conuitiis: in septe tamen de rebus sibi ne per somnium quidem compressis garruens. Atqui recte doctique Beza dixit in personis non nisi reatiue considerari Deitatem. Nam si absolute in Patre Deitas est: & in Filio absolute: & absolute in Spiritu: omnino vitari non potest, quæ tres Dij dicantur. Non enim habebit Filius essentiam diuinam à Patre:

nec Spiritus à Patre & Filio, sed quisque à seipso, ac proinde non eandem numero.

XXXIII. Ad primum argumentum respondeo, absolute unum esse Deum Patrem, Filium & Spiritum: qui sit Ichoua: qui sit ille, Ego sum qui sum, & Qui est. Sed Deum esse Patrem εἰς πῶν, sic enim Græci: Filium ἰσχυρῶς: Spiritum ἀνεκδιέσχατον. Anastasius Sinaitain ἰδὲν ὄν, πατὴρ κυρίως εἰρηπαί ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς, Pater proprie dicitur hypostasis causa expers, generans, & ingenta: ὁ δὲ δεύτερος ἰσχυρῶς εἰς τὴν ὁμοτιή φύσιν. Filius iteratio hypostaseos in eadem natura: sed hic addenda generatio, quam omissam miror: πῶς με λεπτή ἢ αὐλὸς ἢ ἀζημίως ὁ ἀνεκδιέσχατος ἰσχυρῶς, Spiritus, subtilis & tenuis, materia & figura expers, subsistentia, per processionem. Si ergo Pater est essentia diuina generans: certe non potest in singulis personis Deitas considerari nisi relatiue. Verum illud, ergo nullus est Deus absolute ridiculum est. Nam Deus dicitur absolute ad extra; id est, compare ad res reliquas. Itaque Deus est sine dubio absolute & perse. Sed cum Pater, Filius, & Spiritus sint vnus Deus absolute subsistens: tum Pater est Deus relatiue, Filius relatiue, & Spiritus relatiue: & Anathema qui contra credit.

XXXIV. Ad secundum negatur maior: Nam etsi distinguantur substantia & relatio, tamen per relationem substantia fit relata; ac proinde non est verum, nullam substantiam esse relata. Abraham alia definitione homo erat, alia filius, sed tamen idem Abraham, qui per substantiam homo erat, per relationem erat filius Thare, ac proinde homo erat relatiue.

XXXV. In reliquis argumentis omnibus idem vitium est in consequentia, est enim forma contra leges artis: debuit concludi: ergo substantia non est relatio; ac tum vera essent omnia: vt Tertium: Relationes sunt distinctæ, ac substantia non est distincta. Ergo substantia non est relatio. Similiter Quartum: Relationes distinguunt personas, ac Deitas non distinguit personas, Ergo Deitas non est relatio. Quintum, Relationes non sunt substantia. Ac Deitas est substantia; ergo Deitas non est relatio. Sextum, Relatio est ad aliud; Ac Deitas non est ad aliud: ergo Deitas non est relatio. Postremum, Relationes sunt singulis personis propriæ. Ac substantia non est singulis personis propria; Ergo substantia non est relatio. Sic, inquam, per usum debuisse, si non fuisset ei patria Arcadia. Sic argumentatus esset in forma, sed non argumentatus contra Beza. At ille bipes alius concludit, substantiam siue Deitatem non esse relatiue considerandam. Ita, cum Beza vitium sanctum impetere voluit, suam prodidit imperitiam, quomodo Poetæ canunt Lycurgum pro vitibus sibi tibias secuisse.

C A P. IV.

De aequalitate personarum.

I. Tertia calumnia est de inæqualitate personarum, quam Caluino, cum alii, tum Thomas Bozius impingit, libri 3. de signis Ecclesiæ capite quinto.

II. At Caluinus, τὸ ὁμοῦστον à Patribus tam seuerè, constanterque assertum contra Arrianos, sincere diserteque probauit. Institutionis libri 1. cap. 13. Verborum nouitas tum potissimum vsu venit, cum aduersus calumniatores asserenda est veritas, qui tergiversando ipsam eludunt. Exemplum. Arrius fatebatur Christum Deum, & Filium Dei, quia euidentibus oraculis reluctari non poterat: & quasi probe defunctus, consensum aliquem cum aliis simulabat. At interim non desinebat iactare creatum esse, & initium habuisse, vt reliquas creaturas. Quo flexilem hominis vasritum à latebris extraherent veteres, ultra progressi sunt, Christum pronunciantes æternum Patris Filium, Patrique consubstantialem. Hic efferebat impietas, dum nomen ὁμοῦστον pessime odisse & execrari Arriani ceperunt. Hem! potestne inæqualitatem admittere, æqualitatem oppugnare, qui docet non posse τὸ ὁμοῦστον impugnari, nisi impie? Sed neque potuit magis inæqualitatem refutare: quam cum asseruit, in eadem & simplici essentia diuina tres personas residere. Audiamus tamen argumenta.

III. Primum argumentum: Filii natura tam diuina, quam humana Patri subiicitur. Ita Caluinum asserere Institutionis lib. 2. cap. 14.

IV. Et tamen illa verba, neque eo loco, neque vsquam alibi leguntur apud Caluinum. Contra: in caput 15. prioris ad Corinthios, Non est absurdum neque insolitum, Christum humana natura respectu, subiectum esse Deo. Audin? non simpliciter, non absolute Christum esse subiectum Patri? Quod sane dicendum erat, si omnino secundum vtramque naturam subiectus dici posset. Cur ergo addita exceptio hæc, humanæ naturæ respectu? Nimirum, quia cum Christi gemina sit natura, Deitas & humanitas, vidit Caluinus subiectionem non posse referri ad Deitatem; sicut cum dicitur crucifixus, additur carne, vt significetur cruci affixam non esse ipsam Deitatem. Itaque Caluinus expers est huius culpæ.

V. Quid ergo tibi meritis est Hilarius in de Synodis? Et hoc Catholicum esse nemo ignorat, duas personas esse Patris & Filii, maiorem Patrem, Filium subiectum cum omnibus his qua ipsi Pater subiicit. Audin? Bozi, diserte dictum, & dictum Catholicum, personam Filii subiectam esse Patri? Quid tibi Caluinus durius?

VI. Sed vide imposturam. Non enim mihi tantum purgandus Caluinus, sed & Λυστόδης κωίς iusta ignominia afficiendi. Dixit Caluinus, Neque de natura diuina, neque de humana simpliciter dicit, qua ad Mediatoris officium pertinent. Hæc origo calumniæ. Nam, quia statim, eodemque loco idem dicit, verba illa Pauli ex I. ad Corinthios 15. Et ipse Filius subiicitur ei, pertinere ad officium Mediatoris, putarunt plene concludi subiectionem esse vtriusque naturæ. Et de subiectione quidem humanæ naturæ nulla contentio est. Tantum ergo de subie-

ctione diuinæ: & quidem non vtrum sit necne: nam consentimus non esse Filij diuinam naturam subiectam Patri. Quid ergo? nimirum, vtrum Caluinus eam asseruerit necne. Nos negamus, Sycophantæ asserunt. Quo argumento? nihil quod ad officium Mediatoris pertinet, dicitur de alterutra natura simpliciter. At subiectione illa Filij ad Patrem pertinet ad officium Mediatoris. Ergo, subiectione illa dicitur de diuina natura. Monstruosa conclusio, inquam. Debuit enim dici, ergo subiectione illa non dicitur de diuina natura simpliciter. Atque ea conclusio non tantum legitima esset: sed etiam ex mente Caluini & in se vera.

VII. Enimvero, quid illud est, dici de diuina natura non simpliciter? Nihil admodum difficile. Sed illud ipsum, quod nomine ὁμοῦστον, Veteres appellant. Deus mortuus, Homo ex caelis, nimirum habita incarnationis ratione. Nam Deus mortuus: quia idem homo per incarnationem, & homo iste vere mortuus: homo ex caelis, nimirum, quia idem Deus: & Deus vere ex caelis: similiter Filius Dei subiectus Patri. Intellige simpliciter; ipsa persona Filij: id est, Deitas in Christo erit subiecta Patri: & perierit, τὸ ὁμοῦστον; quod est balphemum. Ergo non simpliciter. Quomodo ergo? Filius Dei incarnatus, subiectus est Patri: nimirum, quia per incarnationem idem Deus est homo: & hic homo vere subditus Patri. Explicat Caluinus contra Gentilem. Tenendum est, quosvis Christus in persona Mediatoris Patrem compellat, sub hoc nomine, (nempe Patris) diuinitatem complecti, qua ipse quoque est. Sic cum Apostolus diceret, Exiit me ascendere ad Patrem, quia Pater maior me est, non secundum diuinitatem tamen sibi tribuit, vt sit quoad æternam essentiam Patre inferior: sed quia cœlesti gloria potius, fideles colligit in participationem diuinitatis; vocat Patrem maiorem, quatenus differt conspectus splendoris perfectio, qua in caelo apparet, ab ea gloria mensura, qua conspecta fuit in ipso carne vestito. Et epistola ad Polonos, Tenenda est quoque loquendi ratio Scriptura trita, dum Christus, quatenus Mediator est, inferior Patri statuitur (de toto complexo loquor, hoc est, Deo manifestato incarnate,) quia nunc Pater caput est, donec Christus acceptum ab eo imperium restituat, vt sit Deus omnia in omnibus. Nec est cur Stancarus hic insultet, ac se Christus fieret Patre minor; quando hic non de natura Deitatis agitur, sed notatur tantum æconomia, vel dispensatio admirabilis consilij Dei, qua nihil derogat æternæ Christi gloria.

VIII. Secundum argumentum ex libro contra Valentium Gentilem: Filius, respectu personæ, non nisi improprie Creator est cœli & terræ. Pater proprie. Ergo, Filius est inæqualis Patri. Et hanc tragediam vehementer agit Gretserus, Apologia præfationis Bellarminiæ in controu. secundam tomi 1. esse Arrianam propositionem tribus probat argumentis. Primo, quia sic Filius redigitur in ordinem creaturatum. Secundo, Creationem esse operationem ad extra. Huius autem generis operationes esse communes omnium personarum. Tertio, quia Persona Filij, siue consideretur formaliter, vt distincta realiter à Patre, & Spiritu, siue cum habitudine ad suam originem, tamen vtrius modo proprie est creator: quia semper persona illa Deus est, & Omnipotens.

IX. Ast ego primo Caluini locum recito, quem illi nunquam integrum proferre aulunt, sed tantum misere truncatum, vt opportunior sit calumniæ, Si Valentinus creditur, inquit, epitheton Creatoris in solum Patrem competit. Nam inter alia, qua Deus pronunciat, pud Esaiam, sibi propria esse, subinde repetitur, ego sum, cuius manus fundauit terram & expandit caelis. Solus ergo Pater, Filij & Spiritus Sancti essentia creator censetur opifex cœli & terræ. Interea Christum esse Deum verbo non negat. Nunc attendamus ad verba Hieremia. Dñs, qui non fecerunt cœlum & terram, pereant ex mundo. An Filio Dei maledixit Propheta? Atqui dira imprecatio interitus ad eum pertinet, nisi Creator sit. Hoc vno verbo dissentiant omnes Valentinianæ de vnus Patris essentia. Cur ergo Creator dicitur Pater, & hoc titulo solum creaturatur? Nempè ratione ordinis dum respicitur ad personas. Vnde etiam aperte conuincitur erroris Valentinus, qui non putat saluam fore Patri suam Deitatem, si Christus eiusdem sit essentia particeps. Nam certe vno consensu fatetur Christum improprie vocari Creatorem cœli & terræ, quoad persona distinctiorem. Neque enim dubium est, quin Scriptura Patri nomen Creatoris vendicans personas distinguat. Si vere Creator est Christus, neque id persona respectu, sequitur necessario referri id ad essentiam, qua cum Valentinus spectat.

X. In his verbis, vides primo necessario Filium esse Patri æqualem: nimirum eiusdem essentia participem, contra quam concludebant calumniatores. Quicquid ergo sit de his verbis in calumnia vocatis, tamen hoc fundamentum Caluinus inconcussum retinet, nimirum τὸ ὁμοῦστον.

Secundo, Filium esse Creatorem cœli & terræ: si quidem vere Deus: atque id probatum argumento ab absurdo: Quicquid Deus non creauit cœlum & terram, is maledicitur apud Hieremiam, at Filius Dei non maledicitur: Ergo Filius Dei non est Deus non Creator cœli & terræ: & non sunt Papistæ calumniatores?

XI. At Filius improprie dicitur Creator respectu personæ: Ita est, inquam; Quid tum? Ergo inæqualis Patri? negatur consequentia; Nam si est eiusdem essentia, non potest esse inæqualis. At Caluinus etsi improprie sic Creatorem dicat, tamen docet esse eiusdem essentia, ergo & æqualem, quicquid tandem rodant calumniatores. qui ex pumice æquam eliciant petras, quam ex Caluino Arianismum exundant. Rufus, si improprie, respectu personæ, ergo proprie, respectu essentia, ideoque rursus æqualis Patri.

XII. Porto Caluini hic sensus est, Deum esse vere Creatorem cœli & terræ, ac proinde non Patrem tantum, sed etiam Filium, & Spiritum Sanctum. Quandoquidem hi tres sunt vnus & idem Deus omnipotens Nihilominus tamen, cum inter se comparantur siue distinguuntur tres personæ, tum solere creationem Patri assignari. Atque inde hæc verba, Non dubium est quin Scriptura Patri, nomen Creatoris vendicans, personas distinguat. Quod quo iure fiat, nostrum non est inquirere, sed sapere ad sobrietatem, nec alius quam scriptum

scriptum sit. Sed Caluino, & Scriptura, & Patres attestantur. Scriptura, Act. 4. Domine, tu es Deus ille, qui fecisti caelum & terram, mare & omnia...

XIII. Patres, & quidem disertius, qui profecto si incidissent in Boetium, in Bellarminum, in Gretserum, nunquam tulissent impune Hilarius de Trinitate lib. 2. Pater, est ex quo omne quod est, consistit, ipse in Christo, & per Christum origo omnium.

XIV. Quid, quod consentientur Papistae? Thomas part. 1. quest. 45. art. 6. Creatorem esse attribuitur Patri, ut ei qui non habet virtutem creandi ab alio Et paucis interpositis, Patri attribuitur & appropriatur potentia, quae maxime manifestatur in creatione, & ideo attribuitur Patri Creatorem esse.

XV. Nunc ad argumenta facilius responsio. Ad primum: Si non proprie respectu personae, Filius dicitur creator, Ergo, Filius redigitur in ordinem creaturarum. Negatur consequentia. Nam si esset in creaturis, ergo haberet essentiam creatam: & si creatam, ergo non creatricem.

XVI. Ad secundum: Omnia opera ad extra sunt communia omnibus personis. At creatio est opus ad extra; ergo, creatio est communis tribus personis. Conceditur corpus Syllogismus. Alioquin, quomodo Filius secundum essentiam diceretur vere Creator?

XVII. Ad tertium, concedo, Filium, quocunque tandem modo consideretur, esse Deum Omnipotentem: sed nego inde sequi, proprie respectu personae, dici Creatorem. Nam quod Deus est Omnipotens, id essentiae est, non personalitatis. Itaque si Filius dicitur Creator, quia Deus est Omnipotens; omnino necesse est fateri, eum Creatorem esse respectu essentiae: quod Caluinus contendit.

XVIII. Tertium argumentum, ex eodem libro exagitatum, non à Bosio tantum: sed & à Bellarmino, praefatione in 2. concilio. tom. 1. Et à Gretsero Apologia in eadem praefationem. Caluinus asserit Deum Patrem habuisse vim generandi Filium, & propagandi Spiritum Sanctum, quia voluit. Atqui, inquit Bosius, idem Ariani, vt Athanasio constat, & Hilarius. Tum, ergo poterat nolle Pater. Atque ita Filius genitus non esset: Neque igitur hoc respectu aequalis Patri. Bellarminus, Deum volentem genuisse Filium, non absurde dicitur: sed genuisse, quia voluit, & quod absurdius est, vim habuisse dignitatis, quia voluit, quis, quae, sanus dixerit? Ac si Filium suum Deus propterea genuit, quia voluit: Non igitur necessario genuit: non est igitur Filius aequalis Patri. Nam, quia ratione fieri potest, vt qui potuit non esse, aequalis sit ei, qui necessario semper est?

XIX. Describo locum. Non enim huiusmodi sunt hi calumniatores quibuscumque in tenebris micet. Valentinus dixit, Deum habuisse vim generandi, ac propagandi, quia voluit: ideoque, & deum ante secula genuit & Spiritum propagauit. Caluinus notauit, Haec sententia minime labefactatur nostrae fides: quando ingenue tradimus: quod & in scriptura Dei nomen proprie Patri ascribitur. Hae tota est anxia calumnia.

XX. Nunc respondeo dupliciter. Primo, si essent ea verba impia, siue Ariana, ac nullo pacto ex usuri possent, tamen non esse imputanda Caluino, qui ea neque eo loco, neque vsquam gentium usurpauit. Non enim solebat sibi indulgere, in tantis arcanis cur ole perferat. Hic Gretserus instat, primo, quia non refutauit: secundo, quia dixerit haec sententia non labefactari fidem suam. Sed impertinente. Nam primo non refutauit; ergo probauit: hoc vero non sequitur. Nam nec Paulus refutauit errorem baptizatorum pro mortuis. ad Corinth. 15. Et tamen negatur probasse: sed & paulo ante Caluinus testatus est vix sibi visum, vt haec Valentini sophismata attingeret, ne cum umbra certare videretur, maluisse tamen aliquantulum temeritatis perdere, quam non monere simplices, quomodo sibi ab his infu-

diis cauerent, satis docuit se non accuratam instituisse refutationem harum protheson: sed tantum breuem admonitionem, & quasi perfunctoriam. Quis ergo miretur aliquid omisum? Nam quod Gretserus comminiscitur, noluisse Caluinum Valentini discipulos offendere: impudens est calumnia: omnis nequitia: enim verolle non tota vita satis ostendit, quam minimi faceret hominum gratiam, quoties ageretur de veritate? imo si voluit ab eius discipulis gratiam inire, cur omnino refutauit: & ita refutauit, vt magistratu causam dederit seueri animaduertendi in Valentini? & cur non potius tacuit? quod certe impune poterat: sed non erat id vno ingenium, vt posset errores contra veritatem dissimulare. Nimirum longe alio Spiritu actus, quam hodieus Papa, qui his proximis annis in magna contentione leuitatur, & Dominicanorum noluit quicquam in alteram partem pronunciate, videlicet: ne alterutris agere faceret: sed ego simplicior, qui tantam impudentiam refellam: quam nemo sanus à seipso, non satis videt & horret.

XXI. Alterum videri possit durius: non labefactari fidem haec sententia: & ita vrgetur à Gretsero, sed attendenda contextus series. Nam rationem reddens Caluinus, cur ea sententia non labefactetur fides, subiicit, quia Dei nomen Patri tribuitur κατ' ἐπιπροσώπων. Quo ostendit vim sophismatis, non in eo esse, quod Pater haberet vim generandi & propagandi, quia voluit, sed in hoc potius, quod Deus haberet eam vim: id est, quod qui Pater est, nominaretur Deus. Et sane haec erat Valentini infamia, solum Patrem vocari Deum discrete prothesi. Pater non est hypostasis, siue persona in vno Deo: sed, teste Apostolo, est vnus ille Deus à quo omnia. Imo nusquam alibi Valentinus ostendit se vti velle hoc argumento à voluntate Patris ad suum errorem confirmandum. Itaque potuit attentus Caluinus ad id, in quo vim argumenti Valentinus constituit: bat, reliqua facile dissimulare. Quare nullum hinc argumentum certum est approbationis.

XXII. Secundo respondeo, hoc facilius, id quicquid est, potuisse à Caluino dissimulari, quia verba possint commodam interpretationem admittere. Nam illud Bellarmini, quis quaso sanus diceret? Furiosus est quam doctus: oportuit enim prius docere, absurdum esse ita loqui, quod ille non fecit. Hoc vt ostendam, dico voluntatem aliquando dupliciter intelligi, aliquando βέλῃον ἀποπροσώπων, haec cum in Deo relate consideratur ad effecta temporaria: sic enim voluntate praecedente creatum mundum, redemptos homines credimus & multa alia. Aliquando considerari absolute, in Deo agente non per imperium, sed liberrima voluntate. Nam cum ipse sit sua voluntas, ne quid compositionis in eum admittatur, alterum necesse est, aut à se ipso nihil agere, aut agere voluntate sua. Iam voluntate praecedente si dicat quis aut Filium generatum, aut Spiritum propagatum, ille sane est Anathema.

XXIII. At voluntate simpliciter, & absolute Patres dixerunt. Nouatianus de Trinitate cap. 31. est ergo Deus Pater omnium institutor, & creator, solus originem nesciens, inuisibilis, immensus, immortalis, aeternus, vnus Deus, cuius neque magnitudini, neque Maiestati quicquam non dixerit praefari, sed nec comparari potest, ex quo quando ipse voluit, sermo Filius natus est. Iustinus Martyr in colloquio cum Tryphone deo τὸ πᾶσι θεοῖς ἡγεῖται γενέσθαι dixit, ex Patre genitum esse voluntate. Hilarius de Synodis, Natiuitas autem in eo adeo perfecta natura est, vt qui ex substantia Dei natus est, etiam ex consilio eius ac voluntate nascatur. Ex voluntate enim, atque consilio, non ex corporali passione natura essentia Dei de essentia Dei genita absoluta perfecta est. Clemens constitutionum 8. cap. 12. Deum alloquens, τὸ πάντα ἐκ τῆς μητρὸς εἰς τὸ εἶναι παραχρῆμα διὰ τὸ μετὰ τὸν θεὸν ὄντι, ἀπὸ τοῦ ἀπὸ πάντων αἰώνων ἄρχοντος βουλήσει, ἢ διουμένη καὶ ἀγαθότητι ἀμετακίνητος ἰσὺς μονοθεῖος. Quomodo ex nihilo per unigenitum Filium tuum effecisti, ipsum vero ante omnia secula generasti; voluntate, potentia, & bonitate, sine ullo medio Filium genitum Idem libri 7. cap. 42. καὶ εἰς τὸ Κελεύει Ἰησοῦν Χριστὸν τὸ μονοθεῖον τὸ ἕν, & in Dominum Iesum Christum unigenitum eius Filium primogenitum omni creatura & ἀπὸ αἰώνων ὄντων πατρὸς ἡγουμένον, & ante secula volente Patre (imo beneplacito Patris) genitum.

XXIV. Quare ad primum de Arrianis, dico hos ita dixisse, Filium natum ex voluntate Patris, vt voluntatem intelligerent praecedentem: vt in creaturis: nam & creaturam Filium dicebant: Athanasius in eos orat 4. τὸ πᾶσι θεοῖς ἀπὸ πάντων αἰώνων ἄρχοντος βουλήσει ἢ διουμένη καὶ ἀγαθότητι ἀμετακίνητος ἰσὺς μονοθεῖος. Idem significat rursus qui dicit voluntate Filium factum esse: & qui dicit fuit quando non erat. & ex non extantibus factus est Filius: & creatura est, verumtamen, quia cum haec dicerent, pudore sunt affecti, eadem aliter significare aggressi sunt miser, voluntatem profertentes vt atramentum scribae. Attende, Iustinus ante dixerat θεοῖς ἡγεῖται. Arrianus βελῃον γενέσθαι, & tamen Iustinum quis damnauit? Nam Arrianos iuste reiectos consentimus. Nempe Arrianus sensus erat execrandus.

XXV. At Iustinus alio sensu, & bono sensu dixerat. Idem Athanasius ibidem, τὸ πᾶσι θεοῖς ἀπὸ πάντων αἰώνων ἄρχοντος βουλήσει, ἢ διουμένη καὶ ἀγαθότητι ἀμετακίνητος ἰσὺς μονοθεῖος. Hoc si quicquam simplicius dicit eorum, quibus recta fides est, nulla causa erit cur id dictum in suspicionem vocaretur: cederet enim orthodoxa sententia, illa paulo simplicior verborum prolatio. Cur non ergo Caluino condonaretur, si quid esset durius? Caluino, inquam, quem aliis tantisque argumentis constat, de tanto mysterio Trinitatis religiosissime sensisse, scripsisse? Caluino, cui non haec verba exciderunt quidem, sed tantum attentiori ad disputationis statum, sic enim solebat, praeterita sunt? Nihil istos non Christiana charitas agebat, quae in Athanasio erat plurima: sed sycophantica rabies exagitabat. maledictum oportuit Caluino, quomodo, quae inuicia?

XXVI. Enimvero, ne contra Arrianos quidem, absolute dixerunt, aut negant, verum & dixerunt κατὰ τὴν: & rursus negarent κατὰ τὴν. Hilarius libro de Synodis recitat hanc definitionem, si quis voluntate Dei

rate Dei tanquam unum aliquem de creatura Filium factum dicat, Anathemate Et probans defendit, quia omnibus creaturis substantiam voluntas Dei contulit, sed naturam Filio dedit ex impassibili, ac non nata substantia perfecta natiuitas. Rursus alteram: Si quis nolente Patre natum dicat Filium: Anathemate sit: Non enim vel volente Patre coactus Pater, vel naturali necessitate ductus, cum noluit genuit Filium: sed mox ut voluit sine tempore & impassibiliter ex se unigenitum demonstrauit: cum non ex voluntate, ut caetera, Filius subsistere doceretur, ne secundum voluntatem tantum, non etiam secundum naturam, haberet essentiam, data haereticis occasio videbatur, ut necessitatem Deo Patri gignendi ex se Filij ascriberent tanquam naturali lege cogente, inuito se ediderit. Sed hac passionum non est in Deo Patre conditio, cum inenarrabili, & perfecta natiuitate Filij, nec voluntas sola genuit Filium: nec demutata aut coacta imperio naturalis legis essentia est: sed nec ad gignendum quaesita substantia est: nec gignenti in genito diuersa substantia est, nec in tempore paterni nominis solitudo, sed ante tempora, omnia Pater ex natura sua essentia, impassibiliter voluit, Filio dedit naturalis natiuitatem essentia. Summa: distinguendum, voluntate sola, ut creaturæ, an voluntate simul & ex essentia: illa non genuit Filium, sed hac.

XXVII. Quid plura? Scholastici, quibus summa laus in minutissimarum vocularum aucupio, plerumque etiam importuno distinguunt. Thomas parte I. quaest. 41. art. 2. Cum dicitur esse vel fieri voluntate, dupliciter potest intelligi: uno modo, ut ablatiuus designet concomitantiam tantum, sicut possum dicere, quod ego sum homo mea voluntate, quia scilicet volo me esse hominem, & hoc modo potest dici quod Pater genuit Filium voluntate, sicut & est voluntate Deus, quia vult se esse Deum, & vult se generare Filium. Alio modo sic, quod ablatiuus importet habitudinem principij, sicut dicitur, quod artifex operatur voluntate, quia voluntas est Principium operis, & secundum hunc modum dicendum est, quod Deus Pater non genuit Filium voluntate, sed voluntate produxit creaturam. Hac Thomas non male quod ad rem ipsam, sed illud secundum membrum non videtur satis considerate notatum. Nam certe non video, si Pater genuerit Filium voluntate; qui possit voluntas non habere rationem principij: cum ipse Pater negari non possit habere rationem principij in ea generatione. Est autem nihil temere λογικόν, tamen videtur Hilarij prudentis consilium in distinguendo. Interea hoc euinco, non esse statim Arrianum, quicumque dicit Patrem genuisse, quia voluit, sed tantum qui sic, ut in creaturis: Itaque, qui Caluinum reprehendit, inconsiderate fecit, nihil distinguens, sed audita phrasi ambigua statim clamitans Arrianum, Arrianum.

XXVIII. At Bellarminus distinguit, concedens Deum volentem genuisse, & propagasse: negans genuisse, & propagasse quia voluit. Nihil mirum: quid enim non neget, quod commodum sit calumnia? Sed nobis non libet esse tam Sophistas. Deo scimus suam essentiam esse suam voluntatem, & omnium Dei actionum causam esse suam essentiam: ideoque & voluntatem. Nec Sophistas toleremus dicentes, sic volentem Patrem genuisse Filium, quomodo vestitum quemque hominem comedere: cum tamen ad edendum vestimenta nihil conferant. Quis enim ferat Christianus, nihil esse aliud in generatione Filij, & propagatione Spiritus, voluntatem Patris, quam merum accidens? cum tamen ipse Deus non sit aliud, quam sua voluntas?

XXIX. Itaque Thomas, non tantum volente Patre genitum dixit Filium, sed disertius, voluntate Patris. Quis autem capiat ita diuersum esse ab eo illud, quia voluit, ut possit dici voluntate Patrem sua genuisse: at nullo modo genuisse quia voluit? Imo Cyrillus Hierosolymitanus illuminatorum catechesi 10. τὸ αὐτὸ τὸ αὐτοδύναμον, quo significatur, quicquid liberrimum esse potest in arbitrio, usurpare non veretur in hoc ipso argumeto, Κύριε & ἐπὶ τῶν πάντων ἐμὸν ἄρχειν ἕως οὗ διὰ τὸν πατέρα ἀποθήκη, ἢ ἢ ἐπιπέσει τὸ κρεῖσσον, ἀλλὰ παρ' αὐτὸν αὐτοδύναμον λαβὴν φύσικως οὕτε ἢ πατὴρ ἰσθῆναι τῆς μετὰ δόξης. Verbo; quia non ad meum gustum Grodecius. Dominus est omnium unigenitus Filius: Filius Patri obsequens, non rapuit dominium, sed à spontaneo accepit naturaliter: neque enim Pater inuider participationem. Attende boni patris pium acumen coniungentis naturam & arbitrium: quæ tamen in creaturis solent opponi, φυσικῶς accepit, & tamen παρ' αὐτὸν αὐτοδύναμον, nimirum quia in Deo idem est φύσις & αὐτοδύναμις.

XXX. His positis, facilis iam ad sophismata responsio: ergo, inquit Bostius, poterit nolle Pater Filium generare. Ergo, inquit Bellarminus, non genuit necessario, & potuit non esse Filius. Imo, inquam, nulla consequentia necessitas, sed tantum, si ponatur generare voluntate præcedenti, quod nunquam Caluino venit in mentem.

XXXI. Quartum argumentum: Impropiam & duram loquutionem Caluinus appellauit illam in Symbolo Nicæni Concilij, Deus de Deo, Lumen de Lumine. Quod ipsum Arrianorum erat: & inde Bostius concludit, non fore igitur Filium Patri æqualem respectu generationis.

XXXII. Eoimvero, quid illud est, æqualem esse Patri Filium respectu generationis? Quis vnquam Theologus ita loquutus? Quis possit intelligere? Ne ipse quidem Bostius credo, qui eo tantum dixit, quod putaret se consummatissimum videri posse Theologum, si efflaret nouas formulas, quibus dum commodus sensus inquireretur, abibat ætas. Atqui præmoneo, si qui quaerent, frustra erunt. Nam certe Veteres non verentur fateri, Filium respectu generationis esse minorem Patre. Anastasius Synaita de rectis dogmatibus libr. 1. Si enim Pater Filio maior astruitur: iuxta illud, Pater maior me est: nimirum maior prædicatur, quod auctor sit & causa, non item secundum substantiam. Athanasius in Arrianos orat. 2. αὐτὸς ὁ ὁσὶν εἰρηκεν, ὁ πατὴρ μου κρείττων ἐστὶν ἢ αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ ἐκείνου φύσεως αὐτὸν ὑπολάβει ἀλλὰ μετὰ τὸν οὐ μὴ ἀδελφὸν οὐδὲ ἑταῖρον ἀλλὰ ἀπὸ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐκείνου γέννηται. Ipse Filius non dixit, Pater est melior, siue potentior me, ne quis alienum ipsum ab eius natura significaretur: sed maior, inquit, non quanti-

itate quadam, aut tempore, sed propter natiuitatem ex eo. Nazianzenus de Theologia orat. 4. ὁ ἄλλος ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐστὶν τῆς αὐτοῦ. Perficuum est Patrem dici maiorem quia causa sit Filij. Damascenus, Orthodoxæ fidei lib. 4. c. 19. Quædã de Christo dici ὡς ἐστὶν τὸ πατὴρ: ut in Concilio Patrem esse eius causam; ὡς τὸ ὁ πατὴρ μου μετὰ τὸν ἐγὼν, ἐξ αὐτοῦ ἔγεννηται ἰσὺν ἰσὺν ἐστὶν. Ut illud, Pater maior me est: quia ex ipso habet tum ipsum esse, tum quacumque habet. Caeterum Caluini verba sunt. Sed verba Concilij sonant, Deum esse de Deo. Dura loquutio, fator, sed ad cuius tollendam ambiguitatem, nemo potest esse magis idoneus interpres, quam Athanasius, qui eam dictauit. Et certe non aliud fuit Patri huic consilium, nisi monere originem, quam ducit à Patre Filius persona respectu; nec obflare quominus eadem sit vtriusque essentia & Deitas: atque ita, quoad essentiam, sermonem esse Deum absque principio, in persona autem Filij habere principium à Patre. Ex hac verborum serie agnosce, primum, hanc ei formulam obiectam esse à Valentino, ut probaret suum illud delitium de Patre essentiam & Filio essentiat. Secundo, eam formulam à Caluino non reiciit ut falsam, & impiam, sed tantum ut ambigam: nimirum, quia alio sensu usurpata fuerat à Patribus, in aliam detorquebatur à Valentino, & cum ex ipsa verborum vi non posset Valentinus: efutari; necessario sequebatur, esse formulam ambigam, id est, eiusmodi, quæ bonum sensum quidem haberet: sed posset etiam in malum trahi. In quo quid est tantopere exagrandum? Imo, quid non laudandum? Nam Patribus olim multa excidisse, quæ posteriorum nequitia ostendit non satis vndeque tuta, quis tam sit frontis perfrictæ, ut negare audeat? Denique, eam formulam Caluinus admittit, & probat, eo ipso sensu, quo à Nicænis Patribus enunciata est. Aut ergo Gentilis furorem Sycophantas oportet amplecti, aut Caluini prudentiam laudare.

XXXIV. Quintum argumentum. Nomen Dei per excellentiam, καὶ ἰσὺν καὶ ἰσὺν Patri attribui Caluinus dicit eodem contra Valentium libro. Ergo inquit Bostius, ne nominis quidem æqualitatem Filio reliquit. Ergo, inquit Possseus, Pater à Caluino dicitur per excellentiam Deus: Filius autem minus eximie. At si Pater est per excellentiam Deus, quomodo non maior Filius? inquit Bellarminus, præfatione ad secundam controuersiam r. tom. Gaucherius in Chronologia: Potestine non esse iniquitas, ubi proprie eminentia est, & prærogatiua? Hac illi.

XXXV. Caluinus scripsit, Quamuis Dei nomen etiam Filio commixtum sit: absurdum tamen negamus καὶ ἰσὺν Patri interdum adscribi, quia fons est ac principium Diuinitatis. Et rursus ad Prothesin Valentini 10. Ingenue tradimus καὶ ἰσὺν καὶ ἰσὺν, Dei nomen Patri proprie adscribi. Hac Caluini verba, hæc importans Sophistis, ansa calumnie. In his verbis non reduat istud, fontem ac principium Diuinitatis. Nam Dionysius ille apud eos magnus Patri περιούσιον ἰσὺν tribuit. Synesius appellat καὶ ἰσὺν καὶ ἰσὺν Hymno 1. & se undò μέγα παρὰ, μέγα ἰσὺν. & τὸ αὐτὸν principium hoc sensu frequentissimum apud veteres Græcos. Et in Florentina Synodo Latini dicente μέγα καὶ ἰσὺν καὶ ἰσὺν τὸν πατέρα αὐτὸν καὶ ἰσὺν καὶ ἰσὺν τῆς ἰσὺν. Agnoscamus Patrem unicam causam & radicem & fontem Deitatis.

XXXVI. Istam ergo καὶ ἰσὺν καὶ ἰσὺν potius caninis dentibus opportunior censuerunt: quam tamen totidem literis legere poterant apud Ignatium Epistola ad Philippenses, ubi propositio est Christi testantis se agnoscere Patrem. Noui unum, scio solum, cuius deservor factus es, non sum Deo aduersus, ἐμὸν ἄρχειν τὸν καὶ ἰσὺν καὶ ἰσὺν, ἐπιπέμει ἡμῶν ἡμῶν τῶν πατέρων: confiteor excellentiam, cognoui generationis meæ auctorem Patrem. In quem locum Bellarminus c. 10. libr. 1. de Christo, excellentiam Patris Filij confiterur ratione principij tantum: vere & Catholice: non enim negent opinor, Sycophantæ: sed cur negent Caluinum veteris & Catholice nempe, quia Sycophantæ.

XXXVII. Sed Dei nomen Patri proprie Caluinus tribui dixit. Hic mihi monendi Sycophantæ illud proprie, vel Grammaticè dici, & opponi appellatio: vel Rhetoricè, & opponi figura: esse autem figuratum, cum quid dicitur, non expensis ἰσὺν καὶ ἰσὺν vocibus ad vsum primum, quo solet veritas significari: sed ex vicinioris commercio: ut prater ridere dicas, quæ certe non rident: sed habent aliquid ridenti simile. Iam proprium grammaticum rursus dupliciter, primo oppositum communi; quum quid cui est ita proprium, ut alij non communicetur: ut Isaaci nomen ita proprium illi filio Abrahami, ut nullo modo communitur, aut Ismaeli, aut Iacobo. Secundo per ἀντιθέσιν, quum quid ita pluribus commune est, ut tamen de vno quæpiam proprio quodam modo dicatur. Sic Poeta Epitheton commune Homero, Hesiodo, Euripidi, Sophocli Virgilio, Nasoni, aliis: tamen proprio quodam modo Homerum significat. Sic τὸ βασιλεὺς Regem Persarum Attici appellabant: sic Paulum Christiani Apostolum. Sic primus homo, Adam, hoc est, homo. Atque hic modus in re ipsa omnino nihil mutat: sed tantum in modo loquendi.

XXXVIII. Cum igitur tribus modis proprium intelligatur, negamus primo aut secundo modo dictum cogitarum ve Caluino, Dei nomen Patri proprie tribui. Nam de primo res est manifesta. Ille enim ouam quæm docuit Filium nuncupari Deum, quomodo aliquando Reges aut Principes, hoc est, metaphoricè, sed proprio natiuæque sensu. Testis hæc ipsa contra Valentium disputatio: quæ in hoc tota est, ut doceat Filium esse αὐτὸν καὶ ἰσὺν: quod ipsum certius Papæ sciunt, quam vellent. De secundo nihil obscurius: nam & ipsa à nobis recitata verba testantur Dei nomen esse commune Filio: & illud ipsum, quod iam iam diximus, demonstrat Non enim posset esse Filius αὐτὸν καὶ ἰσὺν æque cum Patre, si non magis illi Dei nomen conueniret, quam Ismaeli, aut Iacobo nomen Isaaci.

XXXIX. Restat ergo tertius modus, qui omnino necessarius est ad hos Scripturæ locos intelligendos. Ad Romanos 1. Gratias vobis & patri & Deo Patri nostro, & Domino Iesu Christo. In primis gratias ago Deo propter Iesum Christum. Ioann. 17. Hæc est vita æterna, ut te esse illum sciam, quem tu dicis esse Iesum Christum. Nam his similibusque locis

dicit esse: procedentem à Patre & Filio: tribuitque eidem omnipotentiam: quæ de creato Spiritu non dicuntur.

L V. Sed enim ministrum cur appellat? non à ministrando, inquam, id est, seruiendo, quasi esset Patris *δουλος*; quod absit: sed à ministrando, id est, administrando, siue largiendo fidelibus efficaciam internam, quam externa Sacramenta postulant necessario, alioquin futura inutilia. Nam ne in ministro quidem externo, is autor relationem considerat ad Deum, cui seruit: sed ad fideles singulos, qui ab eo ministrante sibi, id est, porrigente, siue dante; externa signa recipiunt. Verba clara, *Minister externus administrat verbum vocale*, vt aduertat; attende, non quatenus sub Deo est: sed quatenus supra fideles, hoc sensu, etsi nouum sit, etsi durum sit, Spiritum dicere ministrum: tamen non est impium, non est Ebioniticum. Nemo enim negare potest ab Spiritu suffici vim & efficaciam internam, tum Verbo, tum Sacramentis in corda Fidelium. Atque adeo ille, quisquis est, suam sententiam confirmat ex 3 prioris ad Corinthios. *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus.* Illud incrementum dare, ministerium appellat. Iterum dico, noue appellat, dure appellat. Noui autem si non probas, dutiorem si aures tuas ferre non possunt. Sophista non pugnamus. Sed Ebionismum nemo intulisset: nisi *ὁ ἀπὸ τοῦ Ἰουδαίου φάσαν*; ille olim apud Poeram, *μικρὸς ὁ κύριος ἔστι, ἀπὸ πάντων ἡγέρων*.

L VI. Enimvero Rufinum audi in expositione Symboli: Dabitur autem & peccatoribus, incorruptionis, & immortalitatis ex resurrectione conditio: vt, sicut Deus iustus ministrat ad perpetuitatem gloriae; ita peccatoribus ad prolixitatem confusionis ministrat & poenæ. Et tu miraris Spiritum dici administrare, qui audas ipsum Deum ministrare? quin Rufinum accusas, aut Caluinum absoluis?

C A P. V.

Vtrum qualibet persona sit

αὐτότης.

I. Quarta calumnia: Blasphemata Caluinus scribens, absurdum esse Filium sumere essentiam suam à Patre, & Spiritum à Patre & Filio. Sic Hayus q. 132 Sanctus Arianos superant cū dicunt, Filium nihil suæ essentia sumere à Patre, sed eam à seipso habere, esseq; *αὐτότης*. Riche omnis Idololatriæ lib. 3. cap. 3. Caluinus docet essentiam diuinam distinguam in tres personas: hasque singulas habere suam essentiam, suamque esse à seipsis absque vlla origine; tam Filium & Spiritum; quam Patrem; nec magis Filium esse genitum, quam Patrem. Possesiuus Athetismo 5. Caluinus Christum fecit *αὐτότης*: hoc est, per se Deum; tresque Deos, loco trium personarum nouus Trinitate confinxit. Vnde mox noua hæresis emerit Autotheanorum, de qua Salmero prolixè disputat tomi 2. tract. 10.

II. Infames calumniae, Nam primò singulas personas habere suam essentiam à seipsis, absque vlla origine, absit, vt Caluinus vel dormiens cogitauerit. Quomodo suam cuique essentiam, qui non nisi vnam tribus constanter docuit? Quomodo absque vlla origine, qui Filium generari, Spiritum procedere; qui Patrem principium & fontem dixit? Tres Deos Possesiuo Sycophantæ somnare permitto: sed Caluino imputari non patior. Nihil suæ essentia Filium à Patre sumere, legisti ne apud Caluinum, Sanctes, an ex aliis quæ legisti tuo arbitrio confinxisti? hoc sane: nam illud scio non posse. Sed quicquid confinxeris, tamen Caluinus Catholicus fuit.

III. Caterum in Trinitatis mysterio multa quæri sciunt omnes; & ea quidem obscurissima, eoque magis obnoxia calumniatorum latratibus in quamcunque partem. Quia enim longissime recedunt ab humano captu: & tamen efferti nequeunt, nisi his verbis, quæ iam pridem seruiabant significandis; quæ humano ingenio concipiuntur: idcirco fieri nequit; aut certe vix fieri, vt omnibus, maxime Sophistis, quibus solenne est *λογολαλεῖν*, vnde quæque sic satisfiat, vt nihil superstitè quod murmurent. Quo minus mirandum Caluinum huiusmodi quippiam passum, quem pro Icopo habuisse videntur tum nouorum hæreticorum, Serueti, Gentilis, aliorum, tum etiam Papistarum, quibus omnibus illum Deus opposuit, immanis nequitia. Sed bene est; neque viuum omnes insultus frangere poterunt, nec mortuum à fructione beatissime apud Deum quietis disturbabunt; quantumuis violenti Sarraceni crepitus.

IV. Trinitatis vnicam essentiam esse iam pridem definiuit Ecclesia secundum Scripturas. In ea essentia tres esse siue subsistere; (sic enim melius dixeris quam cum Genebrardo versari) personas non minus certum. Personas, inquam, vere distinctas, & tamen æquales: primam, Patrem *ἀρχηγόν*; secundam, Filium à Patre genitum; tertiam, Spiritum à Patre & Filio procedentem, absque vlla essentia, temporis, gloriae impatitate. Hanc doctrinam veritatem soluit Deus in Papismo, cum aliis multis articulis suffocari. Hanc ipsam non tantum confessus est Caluinus, sed etiam constantissime tutatus contra nouos hæreticos etiam stertentibus Papistis, apud quos Seruetus quamdiu vixit, tuto vixit: tum demum & vim veritatis expertus in Caluino; & in pio magistratu sanctam seueritatem, cum Geneuam venit. Solus idem Caluinus Gentilem, Blandratam, Alciatum, Stancarum confutauit: quos hodie exagitant Papistæ: facile iam pridem confectos: quos si Caluinus missos fecisset, apparet exemplo Postelli impurissimi nebulonis, non fuisse quod sibi metuerent à Papistis: adeo intentis veritatis recenter emergentis Ecclesie quæ postliminio restituta oppugnationi: & fidelium eam veritatem profitentium carnificinæ, vt erumpentibus nouis hæreticis vacare non liceret.

V. Valentinus Gentilis Trinitatem sic imaginabatur; vt Pater solus esset tota essentia Diuina. Non vero vna persona distincta ab aliis; in ea-

dem tamen essentia. Ab eo essentiatos blasphemabat Filium & Spiritum, quasi essentiam Diuinam secundario, & precario mutantes. Ita vt fieret ille quem Patrem appellabat; primarius quidem Deus, ac proinde *αὐτότης*: Filius secundarius. Affinis Eunomio, qui apud Nyssenum lib. 1. aduersus eum docebat *τὸν αὐτότητος ἢ κατὰ τὸν αὐτότητος ἔστω: ὁ τῶν δὲ ἐκείνου ἢ ἡ αὐτότης ἢ ἡ αὐτότης ἢ ἡ αὐτότης*, supremam maximeque proprie dictam substantiam & aliam ex ea, sed post eam omnium aliarum primam: tertiamque neutri earum coordinatam. Non enim distinguebat essentiam à personis, quod Catholici faciunt: sed essentia componebat personas: vt Pater esset Deus Israelis: ac vicissim Deus Israelis esset Pater: At vero Verbum non esset Deus Israel. Sic enim loquebatur: propterea quod Verbum filiationem & essentiam designet: Deus autem, essentiam tantum, vt & Pater. Hæc euincunt eum, cum *αὐτότης* diceret; intellexisse absolute & essentialiter, non autem relata & personaliter.

VI. At Caluinus contra. Primo, Filium ac Spiritum æque cum Patre Deum esse: secundo, Patrem esse personam distinctam à Filio & Spiritu. Tertio, essentiam Deitatis vnam eandemque numero esse Patri, Filio, Spiritu in solidum communem. Itaque, quarto, Filium, etsi genitum à Patre, tamen æque cum Patre Deum illum, qui à seipso est; hoc est *αὐτότης*. Et denique Gentilis illum essentiatum Deum, quem pro Filio, & Spiritu substiterat, esse meram blasphemiam. Summa hæc est, si distinctione spectatur (inquit epistola ad Grænum) *qua est inter Patrem, & Verbum; hunc, ab illo esse dicimus. Si autem Verbi essentia consideratur, quatenus vnus est cum Patre Deus, quicquid dicit de eo potest, in illum competere.*

VII. Hoc sensu Filium & Spiritum esse *αὐτότης*, probat Caluinus, primo, ex Scripturis: deinde, ratione: tertio, ex Patribus. In Scripturis discretissimum hoc est, Filium vocari Iehouam nemo inficiari potest, ne Gentilis quidem: Atqui hinc sequitur, Filium Dei ex seipso esse, solius Deitatis respectu. Nam si Iehoua, negare non potest, quin idem sit ille Deus, qui per Isaiam alibi clamat: *Ego, ego sum & prater me non est Deus.* Ita Caluinus, vno loco multos comprehendens, & explicans: vt me non sit necesse per singulos discurrere.

VIII. Bellarminus respondet, hoc argumentum concludere contra Gentilem: vere enim Filium, si sit fons essendi, non habere essentiam derivatam ab alia essentia: sed posse nihilominus dici sicut Deum de Deo; sic fontem de fonte. Salmero autem negat Iehouam, idem esse cum eo, qui est Deus à se; vel qui essentiam à se consequitur: sed esse id quod semper, & vere; & proprie, & naturaliter, & necessario existit, à quo cetera essentiam obtinent.

IX. Sed Bellarminum absit vt refutemus; Alioquin Caluinum ipsum refutaturi; cui nulla mens alia, quam vt Gentilem compeceret, blasphemum docentem Filij essentiam esse ab alia essentia. Non enim illum disputabat nisi contra Gentilem. Abunde ergo illi satisfactum, si Gentilem solide refutauit. Quod si eius verba alio trahant peruersissimi Sycophantæ; cur ille Blasphemus? Deum ergo de Deo alias docuimus à Caluino Christum dici tantum, non eodem sensu cum Gentili: sed cum Nicæna Synodo. Nec teneret hodie vir pius æq; fontem de fonte dicere eodem sensu, si ad hæc ei tempora vitam prorogasset Deus; & non ad meliorem euocasset.

X. De Salmerone quid dicam? Certe sua solius autoritate contentum; quid morer? Negat Iehouam idem esse cum eo qui est Deus à se. Quid si nos contra? Enimvero neque ille tanti est, neque nos tam nihili, vt non æque saltem, nobis affirmantibus credatur, ac illi neganti. Quamquam, quid illud est, qui essentiam à se consequitur? aut quis nobis docuit Filium consequi essentiam à se? Nam nos quidem dicimus, & dixit Caluinus, Filium consequi à Patre essentiam, quæ est à se: & dicitur appellari Iehouam: quod Gentilis nolebat.

XI. Sequitur ratio certa: Si Filij essentia non sit à se, ergo ab alia essentia, vel genita, vel facta. At hoc vtrumque absurdum: ergo & illud. Probatur assumptum; (nam propositum est per se in conf. sso) si enim genita; ergo essentia generaret essentiam, quod omnes Theologi agnoscunt esse absurdum. Si facta, ergo & creata, quod est blasphemum. Deinde, si Filij essentia est, vel genita, vel facta; & Patris essentia neque genita, neque facta: Ergo Filij essentia alia est à Patris essentia: quod est Arianismus. Consequentia patet: nam, quemadmodum Filij persona non est eadem quæ Patris, propter generationem, quia illa est ab ista: sic omnino necesse esset essentiam, quæ esset genita, aliam esse.

XII. Respondet Salmero: negari consequentiam. Nam cuiusque speciei singula indiuidua prima fuisse ingenerata: non vero reliqua; & tamen ineptum esse, qui diceret hæc ab illis essentiam non habere.

XIII. Sed illa, inquam, posteriora indiuidua, essentiam habent quodque suam diuisam ab alia: & re vera multiplicatam. Quod in Trinitate vel cogitare alienum est. Itaque habent quidem genera essentiam à matribus: sed per multiplicationem. Quod si Filium æternum Papistæ euincant habere à Patre suam essentiam per multiplicationem essentia, tum fatendum erit, non esse à se hanc Filij essentiam. Quod si illud blasphemum, certe ne hoc quidem tolerandum. Deinde, si non habent generatam, habent tamen factam: Itaque non soluitur argumentum.

XIV. E Patribus; cum alios, tum Augustinum citat Caluinus ex sermone 38. de tempore: vbi prolixè tractatur hæc materia, distinctio in Trinitate; quæ secundum substantiam dicuntur, ab his quæ secundum relationem. Sciendum est, (ait Augustinus) quod quadam de Deo substantia liter dicuntur, vt Deus est magnus, omnipotens, & quicquid ad se dicitur, id est substantiam diuinitatis significans. Quadam vero relatiue dicuntur, vt Pater ad Filium: Filius ad Patrem: & Spiritus Sanctus relatione ad Patrem & Filium: ad se autem suo Pater, siue Filius, siue Spiritus Sanctus. Deum, id est, non ad Patrem. Pergit Augustinus, Quia quicquid est Pater, quo Deus est, quo substantia est; quo aternitas est, hoc Filius, hoc Spiritus Sanctus. Ita etiam quicquid est Filius in eo, quo Deus est, quo substantia est, quo aternitas est, hoc Pater, hoc Spiritus Sanctus. Et quicquid est Spiritus Sanctus in eo quo Deus est, quo substantia est, quo a-

Hilarius in libro 4. de Trinitate; *Nihil nisi natum habet Filius*: id est, omnia habet propter natiuitatem. Augustinus tract. 31. in Ioannem, *Quicquid est Filius, de illo est, cuius est filius*: ideo Dominum Iesum dicimus Deum de Deo, lumen de lumine.

V. Respondeo, Nihil hinc sequi contra Caluinum. Nam illud *Deus de Deo, lumen de lumine*, significat Filium, id est, secundam personam Trinitatis, quæ quoad essentiam Deus est & lumen, esse à Patre, id est, à persona prima, quæ quoad essentiam Deus est & lumen. Nam alioquin constat & Patrem, & Filium, & Spiritum dici Deum & lumen ad se, non relatiue. Nam si essent singuli relatiue Deus; omnino nihil efficere posset, ut non essent tres Dii; quomodo tres personæ. Quod si non relatiue: ergo ad se: & si ad se, ergo a se. Nam si non a se, ergo ab alio, ac proinde relate. Nam relationes sunt filiatio, & processio.

VI. Itaque Lombardus hanc ipsam formulam molliuit; ea interpretatione: Filium habere essentiam nasci biliter: laudo dictum: sed scio, essentiam neque generare, neque generari: alioquin necessario multiplicandam: nam generare, est multiplicare: ut apparet in personis. Nam, quia Patris Personæ genuit personam Filii, ideo dicit Hilarius, *torst olim Lombardum libr. 1. dist. 5. qui respondens dixit, ipsum Hilarium velle sua verba sane intelligi*. Non est ergo quod nos quisquam solo verborum sonitu petat. Sensus autem quifiam erit? Lombardus, *Nihil habet secundum quod Deus est, nisi quod nascendo accepit: & ipse nascendo Patris in se subsistentem naturam habuit*. Obscure. Ego clarius, ex Athanasio, Filius, quicquid habet, nascibiliter habet; nec tamen natum; ut prius de essentia dictum. Nec Augustinus aliter intelligendus.

VII. Tertium argumentum. si pater communicauit essentiam Filio; ergo non potest vere dici Filium habere à se essentiam. Item, si Pater produxit Filium, non potest negari essentiam, & vitam in Filio esse à Patre. At verum antecedens, ipso asserente Caluino, Institutionis libr. 1. capite 13. §. 23. & 25.

VIII. Respondeo: Ergo constat meros esse Sycophantas, primo, Hayum, qui dicit Caluinum negare, Filium lumere essentiam suam à Patre. Secundo, Sanctesium, qui asserit, in Iesu essentiam lumere: Tertio, Richomum; qui singulas personas suam essentiam habere. Isti, inquam, puri puri Sycophantæ sunt. Nam teste Bellarmino, Caluinus asserit Patrem Filio communicasse suam essentiam. Et sane non tantum in his locis, qui à Bellarmino citantur; sed etiam in Catechismo, ad symboli verba, *Filium uocem. Quod Filij Dei sumus, inquit, non id habemus à natura; sed adoptione, & gratia duntaxat: quod scilicet nos eo loco habeat Deus. At Dominus Iesus, qui ex substantia Patris est genitus, uniusque cum Patre essentia est, optimo iure filius Dei unicus uocatur*.

IX. Secundo, in argumento nihil difficile. Filius enim habet à Patre communicatam essentiam: sed illam eandem numero essentiam: non enim diuersam, ac proinde quæ sit à seipsa; non ab alia illa, inquam, quæ est *uirtus*, ideoque *uirtus*. Nam Filium esse de essentia Patris genitum ita explicatur, cum à Lombardo, tum à reliquis Scholasticis, ut significet generationem simul, & consubstantialitatem. Hoc est, ut declarat Petrus de Alliaco, art. 1. quest. 7. in 1. Sentent. de Patre, qui est Filio consubstantialis, siue de Patre, in quo est substantia Filii. Quin etiam illud Augustini ex 15. de Trinitate. *Dicitur Filius consilium de consilio, & uoluntas de uoluntate, siue substantia de substantia, sapientia de sapientia*. Lombardus exponit, *Filius, qui est sapientia, qui est substantia, est de Patre, qui est eadem substantia, eadem sapientia*. ut Filius, qui est Diuinitas, natus est de Patre, qui est natura Diuina. Hactenus argumenta ex Bellarmino. Iam ex Sancteio.

X. Quartum argumentum. Si est in potestate Patris generare Filium ex sua essentia: ergo Pater Filium generauit ex sua essentia. At prius verum: alioquin negatur omnipotentia. Tum autem Esaiæ 66. *Nunquid ego, qui alios parere faciam, ipse non pariam*: Ergo consequens est verum.

XI. Respondeo: Primo, consequentiam non esse necessariam, quia ipsi Papistæ, ut postea uidebimus, concedunt Deum multa posse, quæ tamen nec fecerit, nec faciet, nec facturus sit unquam: sic potuit creare infinitos mundos, nec tamen creauit: potuit omnes homines damnare, nec tamen damnauit: potuit Sancto dare mentem sanam, nec tamen dedit. Quid igitur? nempe omnipotentia nunquam est in argumentum trahenda, nisi prius constet de uoluntate.

XII. Secundo, distingo illud, generare Filium ex sua essentia, ut sit, vel dare Filio suam essentiam, quæ est à se, non ab illa alia essentia: vel dare Filio substantiam genitam à substantia Patris. Illo sensu concedo totum syllogismum: id est, & Patrem potuisse sic generare Filium ex sua essentia: & Patrem si retinenda generalis Filium ex sua essentia. Atque id Caluinum dicere ante demonstratum. At secundo sensu, negatur antecedens, ac proinde etiam consequens. Nam Lombardus distinct. 5. libr. 1. *Catholicis tractatoribus consentientis dicimus, quod nec Pater genuit Diuinam essentiam, nec Diuina essentia genuit essentiam Diuinam. Hic autem nomine essentia intelligimus diuinam naturam, quæ communis est tribus personis, & tota in singulis*. Quæ sententia Lombardi confirmata est in concilio Lateranensi; sub Innocentio tertio.

XIII. Ad instantiam de Omnipotentia; nego quicquam propterea detrahi omnipotentia Diuina, non magis, quam cum dicitur Deus Pater non posse generare alium Deum, siue non posse generare seipsum. Nam essentia Deitatis hoc habet propriissimum, ut sit à se ipsa. Itaque si Filii, quæ Deus est essentia non esset à seipsa; omnino Filius, quæ Deus est, non esset Deus: quæ est absurda implicatio contradictionis. Ad Esaiam dico, Patrem peperisse, siue genuisse: at non essentiam suam, sed Filium de essentia sua, ut diximus.

XIV. Quintum argumentum, si Filius est ueræ Dei ueræ Filius, necesse est eum habere essentiam atque naturam ueræ Dei, ut sit eius Filius: & præterea, ut eam à uero Deo accepit. Quia non omnis, qui cum altero eandem habet naturam, uerè est eius filius.

XV. Respondeo; concedi uniuersum argumentum: non enim disputari,

utrum Filius habeat essentiam à Patre: sed utrum genitam ab alio essentia. At hoc non sequitur ex illo. Enim uero Iesus Christus est non tantum Filius, sed etiam *omnis* Patri. Omnis filius habet à Patre suam essentiam; & hoc certum est axioma. Itaque Iesus Christus, quæ Filius, est ueræ ueræ Patris, habet eandem numero essentiam cum suo Patre: ac proinde habet à Patre essentiam, quæ à seipsa habet ut sit essentia. Sanctesius solam generationem, id est, relationem ad Patrem, uiget, quæ non controuertitur inter nos: imo ne à Gentili quidem negabatur. At Caluinus *τὸ γενεῖται* uigebat, quod Gentilis negabat: & eo negabat, quod Filii essentiam aliam ab essentia Patris diceret, deductam tamen ab ea. Itaque Caluinus *αὐτὸς* Filium dixit eodem consilio; quo olim Patres *μὲν*.

XVI. Sextum argumentum. Ad id, ut quid sit imago, & splendor luminis, duo sunt necessaria: alterum, ut similitudinem habeat cum archetypo & lumine, quorum respectu uocatur imago & splendor alterum, ut hæc similitudo dependeat, atque exprimat ab archetypo, eoque lumine.

XVII. Respondeo: Nihil certius ea doctrina, sed meminisse debuit Sanctesius, Filium non tantum esse imaginem, sed etiam *ἀπεικασμένην* nec tantum *ὁμοίωσιν*, sed etiam *ὁμοῖοσιν*. Itaque, quia Imago est Filius Patris, sine dubio habet similitudinem cum archetypo: imo uero ab archetypo: sed quia est *ἀπεικασμένη* & *ὁμοῖοσιν*, ideo non tantum similitudinem, sed etiam substantiam eandem siue essentiam: hæc autem essentia non potest non esse à seipsa; etiam si habeatur à Patre.

XVIII. Septimum argumentum. ipse Dominus testatur se habere à Patre suam esse: Ergo & essentiam. Quia in Deo esse & essentia non differunt. Antecedens probatur Ioannis 16. *Prodi, siue, exiui à Patre*. Ex 17. *cognouerunt uere quia à te exiui*.

XXIX. Solutio nulla est noua. Nam & nos fatemur Filium esse à Patre: imo non nos tantum: sed quicumque uere filium dicunt, sed hoc interest, quomodo sit à Patre: an, quomodo Abel ab Adam. multiplicata non persona tantum, sed etiam substantia: nos multiplicationem admittimus tantum personæ: essentiam unam numero defendimus.

CAP. VII.

Imaginis & Verbi uocabula in Trinitate esse tropica.

I. Quinta calumnia recentissima est, auctore Iacobo Gautiero, quicum mihi res fuit de Imaginibus & Idolis, anno primo huius seculi Thesis erat, *Æque imagines & Idola prohiberi*, secundo legis mandato Ille obiciebat Filium Imaginem Patris, cuius adoratio non sit prohibita. Itaque non æque imaginum ac idolorum prohiberi cultum. Respondi, Agere Thesis de Imaginibus, uocabulo proprie sumpto, non metaphoricè. Hinc prolixè animoseque disputatio continuata, utrum Filius Dei Imago dicatur proprie. Et alia incidens non dissimilis: utrum idem Verbum proprie dicatur. Nec erat tanti, ut nunc meminisse, nisi uisibilem publicatam ab eo homuncione Chronographiam, id est, ridiculam ineptamque rerum farraginem, in qua caput est dicatum nouæ hæresis Metaphoristarum. Quorum Archihæreticus Daniel Chamierus: Nouum scilicet Arium representaturus, eique oppositum nouum Athanasium, sed Athanasium ex ordine Iesuitico: magno præiudicio, uix eorum quicquam sanum agit genus hoc hominum: amatque non tantum in seipso nodum, quod sophistæ solent: sed etiam optimos quosque rodere, quod Sycophantis solenne est. Qui mores longissime absunt à candore Athanasij: nec minus ego, quæ Dei gratia est, ab impietate Ariana. Veruntamen easdem quæstiones tractat etiam Suarez de Trinitate lib. 9. c. 2. & 8.

II. Quæstio hoc modo intelligi debet. Filium Dei appellari imaginem manifestum est ex ipsa Scriptura. Nam Paulus ad Colossenses 1. *Qui est imago Dei inuisibilis*. Sed appellari Verbum ex Scripturis non adeo certum. Græce quidem Ioannes *τὸν λόγον* appellauit, tum primo capite Euangelij, tum in prima epistola. Latini uerbum reddidere: quod mirantur nonnulli: Nam certe *λόγος* Græce non respondet Latino Verbum: sed potius uel sermoni; uel rationi. Mihi tamen perinde est: nunc quidem. Nam alias si quicquam interstitit, tum uidero. Illud certum apud Latinos Theologos celeberrimum esse Verbum, pro secunda persona Trinitatis: & quidem magis quam Imaginem.

III. De utroque hoc uocabulo queritur utrum sit proprie uisuratum: sed hoc tamen uariâ distinctione indiget. Primo, illud proprie, ut Suarez obseruat, & ego Gautierum admoneram: opponi potest *τὸ πρῶτον* in Rhetorica: & *τὸ ὑγιανόν* in Dialectica. Hoc modo sensus esset, utrum Filius dicatur Verbum & imago Patris, nomine proprio, id est, ad distinctionem reliquarum personarum: sic ut ipse solus sit uerbum; an uero Pater etiam Verbum; Spiritus uerbum: & hoc sensu palam profitemur proprie Filium uocari Verbum, uocari etiam Imaginem Patris. Non enim inuenimus Scripturâ uide nominibus alias personæ significare eiusdem Trinitatis. Est, teste Iuliano, Basilium æque Verbi nomen communicet Spiritui, ac paraclæti Filio. Et in confessione Gregorij Neocæsariensis legamus de Spiritu, *τὸ ὅτι πλεῖν πλεον, Imago Filij perfecte perfecta*. sed hæc rara sunt. Itaque quæstio erit in priori acceptione, utrum Imago, & Verbum, dicantur de Filio Dei proprie an potius *προσηκῶς*.

III. Secundo, cum queritur utrum imago Patris, aut Verbum Patris, dicatur proprie, an uero Metaphoricè; dupliciter hoc rursus intelligi potest. Primo, de toto complexo, Imago Patris, Verbum Patris: secundo, de solis terminis, Imago & Verbum. Primo modo, sensus erit, utrum ea proprietates, quæ significantur per Imaginem Patris, & uerbum Patris, dicatur de Filio Dei proprie, an uero tropicè. Alterum autem: utrum

ea proprietates per quam Filius dicitur Imago Patris, & Verbum Patris, significetur per Imaginem, & Verbum: sic ut hæc ipsa vocabula Imaginis, & Verbi proprie sumantur, & absque vilo tropo. Nam distinguenda sunt hæc. Quomodo enim Filij Dei per gratiam proprie & dicuntur & sunt fideles omnes, quamvis filiorum nomen omnino tropice intelligatur, sumptum ab iis quos quia genuimus, impense amamus, sic potest fieri, ut id quod per complexum a quo d signficatur, proprie intelligatur: quanquam in eo complexo aliquod vocabulum sit vsurpatum...

V. Quæstio ergo superest, vtrum in eo complexo, Imago Patris, Verbum Patris, quod de Dei Filio dicitur proprie, non tantum Dialectice, sed etiam Rhetorice: vocabula illa Imaginis, & Verbi dicantur proprie Rhetorice: an potius tropice. Proprie dicitur Gaudierus asserere: asserit etiam Suae: ego tropice. Et explicio duplicem tropum in Verbo: primo, Metonymiam, quatenus Verbum sumitur pro conceptu mentis: sicut λόγος ἐστὶν νόστος, cuius signum est Verbum, sive λόγος ἀποφθεγγόμενος. Secundo, Metaphoram, quatenus verbum, ab ea Metonymia, quæ solet in hominibus significare conceptum mentis, transfertur ad significandum Filium Dei, procedentem ex Patris intellectu. In Imagine autem Metaphoram, quatenus quomodo Imagines similes sunt prototypis; Ita si ius Patri sit similis, sed ἀπαρρητιστικῶς, quod nulli Imagini proprie dicitur accedit.

VI. Probo tropum: Omne vocabulum translatum à propria significatione ad aliam, est tropicum. At Imago & Verbum, cum dicuntur de Filio Dei, transferuntur à propria significatione ad aliam. Ergo, Imago, & Verbum, cum dicuntur de Filio Dei, sunt vocabula tropica. Probatum assumptum. Nam propositum est extra controuersiam Si non transferuntur; Ergo manent in propria significatione: At hoc falsum: ergo & illud. Probatum assumptum, Quæcumque vocabula proprie significant: ea vel ἰδιῶς, vel συνωνύμως significant. At hæc verba, Imago, & Verbum, in Trinitate, neque ἰδιῶς significant, neque συνωνύμως: Ergo, non significant proprie. Probatum assumptum per partes. Imago & Verbum non significant Filium Dei ἰδιῶς: Id manifestum per se: Nam si ita, ergo significarent tantum Filium Dei, & nihil aliud, saltem sine tropo. Quomodo Deus ἰδιῶς est nomen essentiae infinitæ. Quia nihil est, quod isto nomine significetur proprie, præter eam: Nam qui vocantur dii præter eam, vel falso vocantur, ut apud Ethnicos: vel tropice, ut in Scriptura Angeli & iudices, sive principes. At certum, non Filium Dei solum vocari Imaginem, aut Verbum: Et quæ præter eam vocantur iis nominibus, non vocari tropice, sed proprie, ut verba, singula vocabula, quibus aliquid significamus certo quodam sono: & imagines quæcumque, aut fictæ, aut pictæ, aut cælatæ, similes sunt prototypo.

VII. Superest ergo, ut συνωνύμως Imago & Verbum significantur proprie Filium Dei: at hoc non. Nam quæcumque significantur proprie ab aliquo vocabulo συνωνύμως, eorum omnium eandem oportet esse definitionem, ac proinde naturam. At Imaginis Diuinæ, & Verbi Diuini, non potest esse eadem definitio, eadem natura cum Imaginibus aliis, aliisque verbis: Ergo Imago Diuina; verbumve Diuinum, & imagines creatæ, verbaue creatæ, non significantur proprie συνωνύμως eodem imaginis, vel verbe vocabulo. Maior patet inductione. Quia Petrus, Paulus, Ioannes, appellantur proprie homines συνωνύμως, quia iis singulis definitio hominis competit. Item Pater, Filius, Spiritus, appellantur Deus proprie: quia quicquid est de natura Dei, singulis illis personis aptatur. Nam alioquin non possent ita appellari, ut quia homo est animal rationale. Si Petrus non sit animal rationale, ergo Petrus non est homo. Et si Deus est essentia infinita, Filius autem non esset essentia infinita. Ergo Filius non esset Deus. Itaque Aristoteles Συνωνύμως λέγονται ἂν τὸ πῶς ἕνα καὶ ἕνα ὄνομα τῶν ὁμοίων, ὅτι τὸ πῶς ἕνα ὄνομα τῶν ὁμοίων. Synonymia dicuntur quorum τὸ ὄνομα commune, & secundum id nomen definitio eadem.

VIII. Probatum ergo assumptio: Quæcumque eiusdem sunt definitionis, ea sunt eiusdem generis, At Imago Dei & Verbum Dei non sunt eiusdem generis cum imaginibus & verbis: Ergo non sunt eiusdem definitionis. Assumptum probatur: Quæcumque sunt eiusdem generis, ea sunt sub eodem prædicamento. At Verbum Dei, Imago Dei cum verbis & imaginibus, non sunt sub eodem prædicamento. Ergo Imago Dei & verbum Dei, cum imaginibus, & verbis non sunt eiusdem generis. Propositio manifesta est. Assumptum patet, quia Imago Dei, verbum Dei, sunt substantia. At imagines, & verba sunt accidentia.

VIII. Rursus probo non esse eiusdem definitionis. Nam si contra: Ergo vel definitio imaginis, & verbi conueniet Imagini Dei, & verbo Dei: vel definitio imaginis Dei, & verbi Dei conueniet Imagini & verbo. At posterius vtrumque falsum. Ergo non sunt eiusdem definitionis. Propositio est necessaria: iam assumptum per partes εἰκὼν ἐστὶν ἢ ἡ ἁποφθεγγόμενος, Imago est, quæ fit per imitationem. Ita Aristoteles 2. c. 6. topic. definit, a: Filius non fit per imitationem. Ergo definitio imaginis non conuenit Filio Dei.

X. Gaudierus contradicit assumpto, nimirum Filium non fieri per imitationem. Ego probo: quia neque ἁποφθεγγόμενος, neque μίμησις, proprie dicitur de Filio. Ille negabat. Ego probo per partes. Et prius de Genesi. Primo, Aristoteles eodem c. eiusdem libri topic. ἢ ἁποφθεγγόμενος εἰς ἑστίαν, Genesim est deductio ad substantiam. At in Filio nulla est deductio ad substantiam: Ergo in Filio Dei nulla est generis proprie dicta. Assumptum rursus Gaudierus negat. Nam generationem Filij Dei esse vere viam ad esse. At primo viâ, sive ἀγωγῆ, ipse Aristoteles agnosceit ὁμοεικέως dicit: Male ergo Gaudierus proprie, sed secundo ἑστὶν plus habet momenti. Etenim non

simpliciter esse τὸ εἶναι, sed est essentia siue substantia: At essentiam in Deo esse ἀύλητον καὶ ἀχώριστον, iam ante à nobis disputatum definitumque est: Et confentunt Scholastici essentiam nec generare, nec generari.

XI. Secundo, ἁποφθεγγόμενος est temporalis generatio: At in Filio nulla est generatio temporalis: ergo nulla generis: Gaudierus negat maiorem. Probo ex capite geneseos 2. αὐτὴ ἡ βίβλος ὁ ἁποφθεγγόμενος ἐγένετο καὶ ἡ γῆ ὅτι ἐγένετο. Hic liber generationis calis & terra quando facta sunt. Vbi Hebraice est אֵרָא וְהָאֵרָא לָא אֵרָא. Latine fiat lux, & facta est lux: καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἡμέρα πρώτη. Et factum est vesper, & factum est mane, & sic deinceps: & Ioannis 1. πρῶτος δὲ αὐτὸς ἐγένετο, καὶ ζωὴς αὐτὸς ἐστὶν ἡ ἀλήθεια, ἡ ἀγάπη, ὁ λόγος. Ὁ ὄντας per ipsam facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quæ etiam ἁποφθεγγόμενος vsu patitur Matthæi 1. pro Filij Dei generatione temporali ex Mariâ, Βίβλος ὁ ἁποφθεγγόμενος Ἰησοῦς Χριστός, Liber generationis Iesu Christi.

XII. Gaudierus respondet id verum esse: at non perpetuum. At ego postulo duo: Primum, dari instantiam, quæ ostendat ἁποφθεγγόμενος sumi non temporaliter. Alterum, ut mihi ostendatur Catholicus aliquis auctor, qui scribens de æterna Filij generatione ἁποφθεγγόμενος vsu patitur. Tum addo Aristoteli nullam fuisse cognitam ἀγωγῆν εἰς ἑστίαν ab æterno. Ad secundum Gaudierus est omnino mutus, nec potuit illum locum inuenire, in quo Græcus vllus author Catholicus ἁποφθεγγόμενος vixerit pro generatione æterna filij. Ad primum obiecit Aristotelem ex 1. 2. Physicorum ἁποφθεγγόμενος dicentem esse ὁδὸν εἰς φύσιν. Ad tertium obiecit, Aristotelem credidisse mundum æternum; & tamen Deum primam causam omnium, ex 8. & 12. Metaphysic. vbi eum vocat πρῶτον κίνητορον.

XIII. At prior locus ex Aristotele falsatus est. Ita enim legitur, ἡ φύσις, ἢ ἀλογον αἰσ ἁποφθεγγόμενος ὁδὸς εἰς φύσιν. Natura, qua dicitur ut Genesim, est via ad naturam. Debit ergo non generis, sed naturam, qua generis est. At nos de generis agimus. Deinde, quid hic emolumentum est. Nam in Diuina natura & substantia, idem. Nec enim quisquam dixit vnquam personas in Trinitate differre natura; nemo, inquam, dixit naturam Dei esse propagatam: Itaque tam non est in Trinitate via ad naturam; quam via ad essentiam.

XIV. In altero loco de æternitate mundi, quid mirer? Imperitiam ne an audaciam? Nam certe alterutrum. Ille viderit, Aristotelis hæc verba sunt ex 10. c. 1 de celo, τὸ μὴ εἶναι ἁποφθεγγόμενος μὴ αἰδίων ἐξ ἑμῶς εἶναι φαίνας, τὸν ἀδιωκτόν. Quis non videt Aristoteli pro certo constare non posse vllam generis esse æternam? non poterit quantum, quantum est sophisticæ in leuitis hunc locum eludere. Ad instantiam ergo de mundo ex eodem loco facilis responsio: credidisse Aristotelem mundum esse non genitum, eo ipso quod reddidit æternum: At que adeo ea est controuersia, quam ille diligenter tractat eo capite, Status quæstionis, λέγοντες μὴ ταῦτα πῶς ἄρα ἀρχὴν ἢ γένεσιν, καὶ ἀφθαρτῶς ἢ φθαρτῶς. Dicamus deinceps vtrum ingenitum sit an genitum, corruptibile an incorruptibile. Et dein postquæ toto eo libro disputatum est, conclusio iudicatur in initio 2. libri ὅτι μὴ εἶναι γένεσιν ὁ πῶς ἀρχὴν, ἢ πῶς ἀρχὴν φθαρτῶν, καὶ ἀφθαρτῶς φασὶ πῶς αὐτῶν; ἀλλ' εἶναι εἰς τὸ αἰδίων, ἀρχὴν μὴ καὶ τὸ πῶς τῶν ὁμοίων ἢ πῶς ἀρχὴν αἰδίων. Ἐξ ὧν ἢ τὸ ἀρχὴν ὅτι αὐτῶν τῶν ἀπύκτων ἁποφθεγγόμενος, ἢ τὸν εἰρημῶν ἕξει λαβεῖν τῶν πῶς, καὶ ἀρχὴν τῶν ἀρχῶν τῶν ἀρχῶν ἀρχῶν καὶ ἁποφθεγγόμενος αὐτῶν. Ergo neque totum calum factum esse: neque posse corumpi, ut quidam dicunt, sed esse unum æternum, neque initium, neque finem habens totius durationis: Habens nihilominus, & continens in se infinitum tempus: probatur cum ex præcedentibus, cum ex opinione eorum, quæ aliter dicunt, eumque genitum censent. Itaque, quod alibi Deum dicit esse causam omnium, ut primi Metaphysicorum tertio, non videtur simpliciter intelligendum, sed eorum, quorum aliquod est principium siue causa.

XV. Hactenus ἀρχὴ τῶν ἁποφθεγγόμενος. Nunc dicendum est ἀρχὴ τῶν μίμησις. Nam & hanc Gaudierus Filio tribuebat. Nempe, quia per eam intelligeret similitudinem. Et addebat auctoritatem Augustini de Trinitate lib. 7. c. 3. Nam postquam Filium vocauit imaginem, addit, Filium neminem imitari qui præcedat Patrem æternum: ex quibus verbis, aiebat, constat Filium imitari Patrem.

XVI. At ego μίμησιν nego proprie dici posse de generatione Filij. Nam Plato in Sophista μιμήσιν, dicit esse ποίησιν τῶν εἰδῶν, Effectioem idolorum. At neque Gaudierus concedit idolum proprie dici de Filio: qui tam sollicite disparabat idolum ab imagine. Nec erit vnquam tam vafæ Sophista, ut Catholicis persuadeat generationem Filij esse ποίησιν, quocumque tandem sese verteret. Nam quod negabat hoc Platonis dictum vtile esse: quia ex eo concludendum esset omnes homines esse idola: quia fiant ad imitationem, & similitudinem patrum, non videt Sophista se ridicule respondere. Primo, quia falso sumit homines fieri ad imitationem patrum suorum. Ad similitudinem sic dixit Augustinus: ad imitationem non dixit. Secundo, etiam si homines fierent ad imitationem patrum, & essent idola suorum patrum; tamen id de Christo diceretur, non nisi absurdissime: Nam homines sic fiunt ad similitudinem patrum, ut fuit tamen essentia multiplicata: ac proinde non sunt ἀποφθεγγόμενος. Itaque aliquatenus accedunt ad idola, quæ et si similia sint, tamen non asserit Gaudierus esse ἀποφθεγγόμενος. Tertio Sophista respondet tantum de idolo: tacet de ποίησιν effectioem. At nihil est absurdum, si quis hominem dicat effici generando: quod de Filio Dei blasphemum est. Itaque μίμησις, vel quia est ποίησις, vel quia est ποίησιν εἰδῶν, dici non potest de Filio Dei, ac proinde, neque Imago proprie.

XVII. Quod ait τὸ μίμησιν, intelligi similitudinem, ludicrinepte, & sophisticate, quod Aristoteles appellat ἁποφθεγγόμενος, cum nouo mote vocabulis quis vtitur. Nam certe μίμησις, non significat simplicem similitudinem. Quod si ita licet: cur non Filius dicatur idolum? Nam certe idolum æque similitudinem significat. Nimirum, quia non similitudinem simpliciter: sed aliquid præter eam significat, quod Filio Dei non possit tribui. At ego similiter dico, μίμησιν præter similitudinem aliquid connotare, quod Filio si quis tribuat, blasphemus sit, nempe ποίησιν. Quid ergo connotat dedit manus Sophista. Nam qui protestatur se μίμησιν, intelligere si-

militudinem, idem eo ipso ostendit, se non proprie id vocabuli vsurpare. Quomodo, si quis dicat atram nivem: quia atrum appellet idem, quod reliqui candidum. Sed hæc *κατὰ τὴν φύσιν*, tam indigna est viis cordatis, quam Sophistis digna. Quamquam non aliter Thomas 1. parte, quæst. 35. art. 1. *Imitatio in personis divinis non significat posteritatem, sed solam assimilationem.* Ea dissimili tamen causa, non enim ille proprietatem vocabuli urgebat oppositam tropo, ut meus Sophista.

XVIII. Augustini locum, respondeo sic habere, *Cuius imaginis exemplo, & nos non discedamus à Deo, quia & nos Imago Dei sumus. Non quidem equalis, facta quippe à Patre per Filium, non nata de Patre sicut illa: & nos, quia illuminamur lumine: illa vero, quia lumen illuminans: & ideo illa sine exemplo, nobis exemplum est. Neque enim imitatur præcedentem aliquem ad Patrem, à quo nunquam est omnino separabilis; quia id ipsum est, quod ille de quo est.* Primum igitur non sincere Gautierus recitavit: non enim idem est, neminem præcedentem Patrem, & neminem præcedentem ad Patrem: illud significaret Patrem non esse inter Filium & alium quempiam: At hoc quod Augustinus dixit, significat neminem esse inter Patrem & Filium. Secundo, consequentia est absurda: neminem imitatur ad Patrem, ergo imitatur Patrem. Quis dixisset præter Sophistam *τὸ μὴ ὄντι ἡμεῖς ὄντες*? Tertio, non sequitur, imitatur patrem: ergo imitatur proprie, & non metaphorice: & hæc quæstio est.

XIX. Ostensum est, definitionem imaginis non convenire Imagini Dei. Nunc de verbo. Et verbum quidem respondet Græco *ῥήματι*: neque potest, nisi abusive *λόγον* significare. Quia tamen Ioannes *λόγον* dixit, Latini Verbum maluerunt. Dicam de utroque: et si de illo non est necesse: quia Sophistæ argent tantum Verbum *λόγον*, igitur Aristoteles definiuit, *φωνὴν σημαιντικὴν ἢ τὸ μέτρον ἢ σημαιντικὴν ἐν κενωτοῦ μέτρον*, Vocem significativam, cuius partes separatim significant, quarto capite *ἀπὸ ἐπιμελεῖς*. Plato in Cratylō definiuit, *τὸ ἴδιον ὄνομα τῶν ἔργων τῶν οὐκ ἔστιν*. Eget ne quis prolixiori disputatione, ut doceatur hæc nullo modo dici de Christo? Nā quod quidā de interiori loquuntur, idem Plato in Sophista, *Διὰ τοῦτο μὲν τὸ λόγον τῶν πάντων ἀπὸ τοῦ ὄντος ἢ τοῦ οὐκ ὄντος ἀπὸ τοῦ ἀλόγου ἀπὸ τοῦ φωνῆς ἡμεῖς ὀνομάζομεν τὸ ἴδιον ὄνομα τῶν ἔργων τῶν οὐκ ἔστιν*. Idem est, *ἄλογος & λόγος*, Nisi quod ratiocinatio interiori anima ad ipsam sine sono à nobis appellatur *ἄλογος*, Id autem quod ab ea fluit per os, cum sono vocatur, *λόγος*, unde conficio interna illam improprè vocari *λόγον*. Deinde *ῥήματι* proprie sumpti definitione Platonicam non posse convenire Filio Dei.

XX. Iam *τὸ ῥήμα* nihil habet difficilius. Piger admonere distingui *ῥήματι* & *ῥήματι*, sed hoc misso, vel sumendum erit pro oratione, ut lolet in Scripturis sanctis: actum idem iudicium, quod de *λόγῳ*, vel significabit partes orationis omnes generali nomine, ac proinde aptanda erit hæc pars definitionis quam Aristoteles nomini tribuit, *φωνὴν σημαιντικὴν ἢ συνήθησαν, ἢ μέτρον ἢ ἐν σημαιντικὴν κενωτοῦ μέτρον*, Vox significativa ex compoſito, cuius nulla pars seorsim significat. Quid ista ad Filium Dei?

XXI. Sed forte an Latine Verbum aliter, qui potest? Non enim significare, aut *λόγον* aut *ῥήμα*, contra hypothesin. At non aliter auctores utuntur Latini. Certe Varro Vocabula & verba eadem notione dicit. Quamquam non opus est testibus. Augustinus e. 2. li. 1. de Doctrina Christiana, *Santæ autem aliis signa, quorum omnia usus in significando est, sicut sunt verba. Nemo enim utitur verbis, nisi aliquid significandi gratia.* Nota verborum omnem usum esse in significando. Itaque libri 2. c. 10. signa absolute pro Verbis dixit, *sunt autem, inquit, signa propria, vel translata.* Ergo verbi genus est signum. Vasques tom. 3. in 3. Thomæ, disp. 200. c. 2. Augustinus, *Verbum in propria significatione accepit, nempe pro voce aliquid significante.* En tibi quid sit verbum proprie? At profecto Filius non est vox significans.

XXII. Ad Augustinum respondet Gautierus; non loqui de conceptu interiori, sed de verbo exteriori. Illi autem Verbi magis cōpetere nomen: teste Augustino 15. de Trinitate c. 11. *Proinde verbum quod foris sonat, signum est verbi quod intus latet, cui magis verbi competit nomen. Nam illud quod profertur carnis ore, vox verbi est, verbumque & ipsum dicitur proprie illud à quo, ut foris appareret, assumptum est.*

XXIII. Et verum est, inquam, Augustinum agere de verbo exteriori. Sed addo nullum esse verbum proprie dictum, & non tropice; præter verbum exterius. Argumenta. Primum, quia ut idem docet 10. c. 2. de doctrina Christiana, signa propria dicuntur, cum his rebus significandis adhibentur propter quas sunt instituta, sicut cum dicimus bovem, intelligimus pecus, quod omnes nobiscum Latine linguæ homines hoc nomine vocant. At verbum institutum est, ut significet id, quod appellant verbum exterius. Ergo verbum, cum adhibetur significando verbo exteriori, est proprium, non translatum. Probo assumptum: quia, sicut probavit Augustinus, bovem pro eo pecore esse proprium, quia omnes Latine linguæ homines id intelligunt. Sic Verbum etiam probabitur esse proprium pro exteriori, quia omnes Latine linguæ homines ita intelligunt. At de interiori pauci tantum, nempe Philosophi. Probo iterum verbum proprie significare exterius, quia ea complectitur, quæ ex compoſito significant. At verbum interiori non significat ex compoſito. Probatur assumptum, quia est formata cogitatio à re quam scimus, nulla linguarum varietate, ut idem docet c. 10. eiusdem libri de Trinitate. At nihil vilitatis inter homines, quam verba Latina, verba Hebræa, verba Græca. Probo tertio, ex ipsa phrasi Augustini. Nam cum verba dicit pro exterioribus, simpliciter nominat, ut videre est in libris de doctrina Christiana, & alibi. At cum vsurpat pro interiori, necesse habet quadam nota exprimere, *Verbum quod in corde loquimur.* Itaque definitio illa Augustini est definitio verbi proprie sumpti, & non translate.

XXIV. Quod autem idem dicit verbo interiori magis competere verbi nomen: hoc si *τὸ ῥήμα* sumatur, procul dubio falsa est, ex iam propositis argumentis. Et reuocandus in memoriam Plato, cui in rebus non Theologicis, multo magis tribuendum est quam Augustino. Nam ille dixit interiorē illum mentis conceptum vocari *ἄλογον* & τὸ αὐτὸ κείνης ἰδέμεν *ἄλογο* τῶν ῥήματων *ἄλογο* appellari *λόγον*. At certe non tan-

tum in hac quæstione *λόγον* venterunt verbum; sed etiam nemo unquam *ῥήματι*, cum *διὰ τοῦτο* expressam voluit, verbum dixit. Deinde ipse Augustinus non daret proprium nomen verbo exteriori. Nam quod dicit esse vocem verbi interioris, vident omnes id nullum esse nomen: primo, quia est *ἀλόγος*, vox verbi. Secundo, quia vox est nomen generale, comprehendens etiam autem cantus, & τὸ φθῆσι *ἀλόγος*; hominis. Thomas n. 1. Ioannis, *Ad intellectum huius nominis verbum: sciendum est quod secundum Philosophum, ea que sunt in voce, sunt signa earum que sunt in anima passionum. Consuetum est autem in Scriptura, quod significata nominantur nominibus signorum: sicut illud ad Corinthios, Petra autem erat Christus.* Unde confit necessario Verbum id quod interiorius vocant, verbi nomine donati, quia verbo significatur. Et hic, quis tropum neget? Nam quod Gautierus obiciebat sequentia, *Verbum autem per prius conveniat nomen verbi, rei exteriori voce prolata, vel ipse conceptioni mentis nihil refert ad præsens: incogitanter faciebat: nam præterquam, quod quæstionem non de finit: ut longe præstet hæreticis, que claresunt à me citata: Illud etiam non aduertit Gautierus comparati Thomæ ὄντος verbum interiori verbo exteriori: sed verbum interiori, rei significatæ, per verbum exterius: ut sit sensus, cum constet verbum exterius significare & rem ipsam, & eius speciem in animo conceptam: Item, certum nomen signi dari rei significatæ, ac proinde posse verbum appellari, tum rem ipsam, tum rei speciem, superesse disputandum verum prius verbi nomen conveniat rei quam speciei, an contra. Que quidem quæstio nihil ad rem nostram: quocumque enim modo definiatur, siue rem esse verbum, indeque etiam speciem; siue contra speciem esse verbum, indeque rem, Tamen manet hoc verbi nomen tribui, siue rei, siue speciei *ῥήματι* à verbo exteriori.*

XXV. Hactenus probatum definitiones imaginis, & verbi non posse quadrare Filio Dei. An vero opus est nunc probare definitionem imaginis Dei: & Verbi Dei non convenire imaginibus & verbis? Quamquam enim polliciti eramus, tamen res est per se manifesta. Nam si Imaginis Dei, & Verbi Dei definitio, competat imaginibus, & verbis; ita ut utraque proprie significantur imaginibus & verbis nomine. Ergo ab imagine Dei, & Verbo Dei omnes imagines & verba sumptissent imaginis & verbi nomen. Quemadmodum homo & brutum appellantur proprie animalia: quia animalis definitio iis competit. At hoc consequens quis non horreat? Deinde, si Imaginis Dei, & Verbi Dei definitio omnibus verbis & imaginibus copularetur. Ergo omnes imagines, & omnia verba essent Imagines Dei, & Verba Dei. Quod est blasphemum. Ergo concludendum, imaginis & verbi nomina in his complexis, Imago Dei, & Verbum Dei, pro Filio sumi *ῥήματι*, & non proprie.

XXVI. Addo aliud argumentum: Omne verbum proprie sumptum, id quod per ipsum significatur, exprimit, ut est. At Verbum cum de Filio Dei dicitur, non ut est, exprimit id quod per ipsum significatur, ergo Verbum, cum de Filio Dei dicitur, non proprie sumitur. Maior patet: Quia, ut ante diximus, verbum proprie sumptum, vel *ἴδιον* est, vel *ῥήματι*, si priori modo; Ergo hoc ipsum pet se, & primo, significat cui adhibetur: sic terra, ut est significat calidissimum elementum: & aqua proximum illi, & ignis subtilissimum ac summum. Nam huiusmodi vocabula sic sunt, ut ipsa sui impositione significant, non autem originatione: ac proinde rem ipsam totam, & simul, & semel representent. Quamquam possint et iis quædam aliunde etiam desumi: ut Petrus à petra, sed Petrus non significat illum Apostolum, quia deducitur à petra, sed, quia illi fuit impositum à Christo. Itaque eo iure proprium dicitur, nimirum, ut repetam ex impositione. Imo quatenus originationem habent, non sunt *ἴδια*, ac ne quidem non tropica, quia vel metaphorica, ut Petrus à similitudine: vel synecdochica, quatenus vni priuatum nomen commune tribuitur. Quamquam de hoc verbo: unum genere non est quod laboremus. Quia manifestum est verbum quatenus de Deo dicitur, non esse hoc modo proprium. Iam si verbum *ῥήματι* sumitur, Ergo, quicquid est de natura Verbi, proprie de Filio Dei dicitur, ac proinde etatenus, exprimit Filium Dei, ut est. At vero Augustinus in 1. caput Ioannis, *Aderit misericordia Dei fortassis, ut omnibus satisfiat, & capiat quisque quod potest: quia & qui loquitur, dicit quod potest. Nam dicere, ut est, qui potest? Audeo dicere, fratres mei, forsitan ne ipse Ioannes dixit, ut est, sed & ipse ut potuit, quia de Deo ut homo, dixit: & quidem inspiratus à Deo, sed tamen homo. Quia vero inspiratus, dixit aliquid: si non inspiratus esset, dixisset nihil. Quia vero homo inspiratus, non totum quod est, dixit, sed quod potuit homo dicere.* Franciscus Lucas in 1. Ioannis, *Ceterum non est existimandum propriam Filij Dei essentiam, ut in se vere est, Verbi appellatione exprimi, sed velut umbram delineari, ut nos aliquo modo capiamus.* Itaque Nazianzenus orat. 21. *λόγον ἀλόγον, & τὰ ἐπὶ λόγον εἶ, Verbum dixerit, & verbo omni superior est.*

XXVII. Gautierus respondet Augustinum hoc tantum velle, Verbi nomen non sufficere comprehendendæ infinitati, aut Dei, aut Filij. Non posse autem inde concludi improprietatem vocabuli. Alia dicebatur foret, Deum, Divinitatem, Patrem, Filium, Spiritum, improprie Deo tribui, cum nullum eorum vocabulorum sua significatione comprehendat infinitatem Dei, siue personarum diuinarum.

XXVIII. Sed Gautierus fallitur: nisi forte de industria fallat potius. Nam Augustinus non negavit Ioannem totum dixisse, et si hoc verissimum sit: sed negavit dixisse, ut est. Et sane Ioannes non proponebat sibi exprimendam infinitatem Dei; aut etiam Christi, sed generationem eius generationem. Hanc igitur Augustinus negat Ioannem dixisse, ut est; sed ut potuit. At si Verbi nomen esset proprium *ῥήματι*, tum profecto dixisset ut est. Quod ad Deum, & Divinitatem attinet, si sumuntur ex etymologia; nimirum *δὸς ἡμεῖς*: tum e re proprium erigendum est: est enim metaphoricum. Sed si ex impositione, tum non tantum proprium est, sed etiam quicquid Dei est, perfecte significatur, quia vnicum rei significandæ impositum est, ex hominum consensu. Pater autem, & Filius, & Spiritus, et si totam Deitatem non exprimit

...videre. Legit...
...verbum ostendit...
...quod hinc quicquid...
...in loquutione...
...quod hinc quicquid...
...in loquutione...
...quod hinc quicquid...
...in loquutione...

...videre. Legit...
...verbum ostendit...
...quod hinc quicquid...
...in loquutione...
...quod hinc quicquid...
...in loquutione...
...quod hinc quicquid...
...in loquutione...

...videre. Legit...
...verbum ostendit...
...quod hinc quicquid...
...in loquutione...
...quod hinc quicquid...
...in loquutione...
...quod hinc quicquid...
...in loquutione...

CAP. IX.

De Argumentis Papistarum pro Imaginis proprietate.

Hactenus de Verbo. Nunc de Imagine, quam Suares triplicem constituit. Artificialem, Naturalem, Intellectualem. Artificialem, quae procedat a principio actiuo. Naturalem, quae ab exemplari cognito, ut filius est imago patris etiam in hominibus. Intellectualem, quae procedit a principio non cognito, sed cognoscendo, quomodo verbum nostrum procedit ab obiecto. Filium porro Dei tueretur esse imaginem veram & naturalem Patris. Hoc probat tripliciter. Primo, quia Scriptura ita loquitur: secundo, quia a Patribus cum proprietate intelligatur: tertio, quia possit sine inconuenienti ita intelligi.

II. Primum probatur ex Pauli ad Coloss. *Qui est imago Dei inuisibilis.* Ad Hebr. *Et figura seu character substantiae, seu hypostasis eius.*

III. Sed haec meta est *φύσις*, aut aliquid peius. Nam primo quæritur, quo sensu a Paulo Imago tribuatur Filio. Ergo eosdem locos, qui profertur, petit principium. Secundo, Suares non simpliciter filium concludit esse imaginem: sed naturalem. At Paulus non dixit Imaginem naturalem: sed tantum Imaginem. Ergo hic locus non probat, quod ille proponit: nisi prius demonstratur aliunde, Imaginem intelligi pro imagine naturali duntaxat. Ac tum conficietur Imaginis nomen esse tropicum, videlicet synecdochicum. Est enim synecdoche, cum speciei tribuitur nomen generis. Tertio, incogitantur duo loci copulati sunt Nam, proh Dei atque hominum fidem! Quis haecenus *ὁμοιωσις* propter balloque profus tropo, de Deo dici crediderit? Nam *ὁμοιωσις* apud Phavorinum *ὁμοιωσις*, *ὁμοιωσις*, *ὁμοιωσις*. Mitum, si horum quicquam in Deo Sophistae inueniant: Nisi recurrant aut ad suum illud, Charaeterem appellatum similitudinem: id est, suum illud ias tyrannicum, quo sibi sumunt pro arbitrio vti, abutivè vocabulis. Eiusmodi hominibus, si sunt homines, quid aliud nisi *ὁμοιωσις*.

IV. Secundum Suares probat ex omnibus Patribus, exponentibus eos locos: & illum Genes. 2. *faciamus hominem ad Imaginem.* Item ex Athanasio sermon. 4. contra Arianos: & epistola de decretis Synodi Nicenae. Cyrillo. lib. 1. c. 1. Theodori, vocante, *incommunicabilem*, & *inerosam* Patri Imaginem, in qua Pater videtur. Ambrosio 1. de Fide. 4. *Splendor est lucis aeterna speculum sine macula*, & *Imago bonitatis illius.* Hilario, septimo de Trinitate: Augustino, 7. de Trinitate c. 2. & libro de decem chorodis cap. 8. & de Incarnatione Verbi cap. 10. & 15.

V. Imo hic merus est nomen sonus: praeterea nihil. Illi om-

nes Patres, Filium dicunt esse imaginem Patris, Characterem Patris. Nimirum quod & nos dicimus, & ante omnes dixit Apostolus. Sed hoc sine Suares proposuerat? Hoc sine, inquam, veteres Patres appellasse Filium, imaginem Patris: imo longe aliud, *A Patribus cum proprietate intelligitur*, hoc est, illos Pauli locos sic exponi a Patribus, ut testentur imaginis & characteris verba proprie, & *ὁμοιωσις* intelligenda. Tam proprie, quam cum ostenso nummo Christus dixit, *Cuius est haec imago?* Matthaei 22. Hoc erat Suari docendum: hoc Suares non docuit: hoc Suares non poterit docere.

VI. Pergo ad rationem: Omnis similitudo ab aliquo expressa est propria imago. At Verbum Divinum est eiusmodi, ergo est vera & propria Imago. Gautierus similiter argumentabatur: sed definiebat imaginem aliquid productum ad similitudinem alterius. Definitionem uterque probat ab Augustino, quaest. 4. in Deuteronomio. & in octoginta tribus, quaest. 74. & libri in Genesim imperfecti capite postremo. Item ex Thoma, part. 1. quaest. 35. art. 1.

VII. At ego hanc esse propriae imaginis definitionem pernego. Imago est similitudo ab aliquo expressa. Aut imago est aliquid productum ad similitudinem alterius. Ratio, quia propria definitio, iam alias assignata est. Imago est *ὁμοιωσις* *ἢ* *μιμήσις*. Nam primo *μιμήσις* non est tantum similitudo. Atque adeo similitudo alia est substantialis, alia accidentaria. Imago autem proprie sumpta, habet similitudinem accidentariam, non vero substantialem: ut imago Caesaris nihil habet quod sit substantiale Caesari, sed duotaxat substantiae accidentaria; id est, Lineamentis, & lineamentorum proportionem.

VIII. Secundo procedere & exprimi non significant vnum idemque. Nam alias oporteret & quaecumque procedunt exprimi: & quaecumque exprimuntur procedere, & quidem proprie. At hoc fallum. Nam Gautierus agnoscebat expressionem esse quandam processionem. Ergo, inquam, non potest utraque definitio esse propria. Nam si omnis imago est expressa similitudo: & non est expressum quicquid procedit: certe non omnis similitudo expressa est imago. Ac proinde latior haec est definitio Rursus: si non omnis similitudo procedens est expressa similitudo: & omnis similitudo procedens est imago: ergo non omnis imago est similitudo expressa. Ac proinde haec definitio arctior est definito. Praeterea *ὁμοιωσις* non recipitur, neque cum expressione, neque cum processione. Nam *ὁμοιωσις* generalior est. Rursus ergo si vera est imaginis definitio illa Aristotelica: Ergo haec utraque Suaris Gautieri contractior est.

IX. Tertio, exprimendi vocabulum; quo vsus est Suares, aprius quidem est quam procedendi, quo Gautierus. Nam & iam vsu factum, ut vultus expressos dicamus: & exprimere aliquid pro representare. Sed eius tamen vsurpato est metaphora; ab iis rebus, quae premendo ex aliis educuntur: ut solent *ὁμοιωσις* exprimi proprie. Itaque in hac etiam definitione vitium est, homonymiae, siue obscuritatis, secundum Aristotelem, Topicorum 6. 2. Multo maius in argumentatione. Nam cum positum est imaginem esse similitudinem expressam: tum assumitur: At filius est similitudo expressa: ut fiat conclusio: ergo filius est imago scilicet proprie. Atque expressa, neque in maiori sumitur proprie, sed tropice: & in minori dicitur rursus alio sensu, quam in maiori: Nam filius a Patre non sic dicitur exprimi, quomodo a prototypo imago exprimitur. In imagine exprimuntur lineamenta a causa, quae est externa ipsi imagini. Quam enim lineamenta exprimuntur, certe artifex exprimit. At in Filio exprimere est procedere. Iam autem concessum non exprimi quicquid procedit: possunt aliae differentiae excogitari: haec tamen ad rem nostram accommodata erit. Aliquid est procedens, quod procedit naturaliter, ut hic ipse filius a Patre. At imago cum exprimitur, non naturaliter exprimitur, sed artificialiter.

X. Denique, nego etiam similitudinem, quae procedit, siue exprimitur naturaliter, imaginem proprie dici. Nam illa naturalis siue expressio, siue processio, ad substantiam pertinet, ut id quod ita exprimitur, siue procedit, sit ipsa substantia eius unde exprimitur, siue procedit. At imago proprie dicta non est substantia eius a quo siue exprimitur, siue procedit, sed tantum accidentaria similitudo. Sic statua Pompeij processerat ex Pompeio: quae tamen ex auro erat, siue argento, siue marmore, siue alia qualibet materia; & non ex substantia Pompeij. Et tamen erat proprie imago Pompeij: & sane *μιμήσις* non potest consistere cum expressione eiusdem substantiae: sed significat alterius substantiae conformationem ad similitudinem alterius.

XI. Augustini & Thomae exscribo locos. Augustinus in Deuteronomio, quaest. 4. *Omnia imago etiam similitudo est: non omnis similitudo etiam imago est: unde si gemini inter se similes sint: similitudo dici potest alterius cuiuslibet in altero, non imago. Sicutem Patri filius similis sit: etiam imago recte dicitur, ut sit Pater prototypus, unde illa imago expressa videatur: quarum alia sunt eiusdem substantiae, sicut filius: alia non eiusdem sicut pictura.* In octoginta tribus, qu. 74. *Imago & aequalitas & similitudo, distinguenda sunt, quia ubi imago, continuo similitudo, non continuo aequalitas: ubi aequalitas, continuo similitudo, non continuo imago: ubi similitudo continuo imago, non continuo aequalitas: ut in speculo est imago hominis: qui de illo expressa est: est etiam necessario similitudo: non tamen aequalitas: quia multa de sunt imagini, quae tamen insunt illi rei, de qua expressa est. Vbi aequalitas continuo similitudo, non continuo imago: Velut in duobus ovibus paribus: quia inest aequalitas: inest & similitudo, quaecumque enim assunt uni, assunt & alteri: imago tamen non est: quia neutrum de altero expressum est. Vbi similitudo, non continuo imago, non continuo aequalitas: omne quippe ovum omni ovo, in quantum ovum est, simile est: sed ovum perditur, quamvis in quantum ovum est, simile est ovo Gallinae, nec imago tamen eius est, quia de illo expressum non est: ne aequale, quia brevius est, & alterius generis animansium. Sed ubi dicitur, non continuo: utique intelligitur, quid esse aliquando potest. Potest ergo esse aliqua imago, in qua sit etiam aequalitas, ut in parentibus & filiis inveniatur imago & aequalitas & similitudo, si intervallum temporis defuisset: Nam & de parente expressa est similitudo filij, ut recte dicitur imago: & potest esse tanta, ut recte etiam dicatur*

equalitas, nisi quod parentis tempore praecessit. Libro in Genesim imperfecto, Omnis imago similis est ei, cuius imago est: nec tamen omne quod simile est alicui, etiam imago est eius: sicut in speculo, vel pictura, quia imagines sunt, etiam similes sunt: tamen si alter ex altero natus non est, nullus eorum imago alterius dici potest: imago enim tunc est, cum de aliquo exprimitur.

XII. Hæc Augustinus. Iam Thomas artic. i. quaest. 35. in part. 1. De ratione imaginis est similitudo. Non tamen quacunque similitudo sufficit ad rationem imaginis: sed similitudo qua est in specie rei: vel saltem in aliquo signo speciei. Signum autem speciei in rebus corporeis maxime videtur esse figura. Sed neque ipsa similitudo speciei sufficit vel figura: sed requiritur ad rationem imaginis origo. Ad hoc igitur quod vere aliquid sit imago, requiritur quod ex alio procedat simile ei in specie, vel saltem in signo speciei. Et paulo post, Imago proprie dicitur, quod procedit ad similitudinem alterius: illud autem ad cuius similitudinem aliquid procedit, proprie dicitur exemplar, improprie vero imago.

XIII. In his locis omnibus, primo, nego definiti imaginem proprie. Quid ergo? generalius id quod significari potest nomine imaginis, etiam metaphoricis. Probo, Primo, quia extendunt ad eam imaginis significationem, secundum quam filij appellantur imagines patrum: ut in Scriptura Genesios 5. Adam genuit ad imaginem et similitudinem suam, vocavitque nomen eius Seth. Atqui hæc imago improprie dicitur: est enim essentialis: cum imago propria sit accidentalis. Neque sane is usus est, & communis & manifestus, ut filius dicatur imago patris, quasi filius. Probo, primo: nam si ob eam causam, ergo ob id quod ex patre proprie natus esset, & si hoc: ergo quicquid proprie nasceretur ex alio, id est, ita ut esset eiusdem speciei, appellaretur imago. Itaque omnis pullus imago diceretur equi sui: & omnis vitulus bouis: & omnis hædus capræ, & omnis agnus ovis. At hoc nunquam factum. Nemo, inquam, fuit hæcenus tam importunus Sophista, tam *μειστήρ* Theologus, qui pullum, vitulum, hædum, agnum diceret imagines, & proprie imagines.

XIV. Secundo, si eatenus filius esset imago sui patris, quatenus ex eo natus est; ergo omnes filij essent imagines suorum patrum. Et si hoc: ergo his cognitio cognoscerent patres. At hoc falsum. Quia cognitio filij, id duntaxat patres agnoscuntur, quorum præter substantiam lineamenta sunt eadem, quæ in filiis. Basilus epist. 1. ἐπίγνωσὸς οὗ τοῦ πατρὸς οὗτος ἐστὶν ὁ υἱὸς: τὸν φιλῶν πῶδες οὗ τοῦ πατρὸς οὗτος ἐστὶν ὁ υἱὸς: ὁ πατρὸς οὗτος ἐστὶν ὁ υἱὸς: ὁ υἱὸς οὗτος ἐστὶν ὁ πατὴρ: ὁ πατὴρ οὗτος ἐστὶν ὁ υἱὸς: ὁ υἱὸς οὗτος ἐστὶν ὁ πατὴρ: ὁ πατὴρ οὗτος ἐστὶν ὁ υἱὸς. Agnoui tuam epistolam, sicut qui amicorum filios agnoscunt, ex apparente in ipsis parentum similitudine. Nota apparentem similitudinem.

XV. Tertio, vim fieri ab Augustino, manifestum ex eo quod neget in geminis similibus esse imaginem: hoc est, alterum alterius esse imaginem, quod est contra communem usum. Eadem enim ratione, quia filius similis patri, etiam frater similis fratri: dicitur imago ille patris, iste fratris. Sed hoc in Thoma aperius. Ad imaginem necessariam dicit similitudinem speciei, vel saltem, signi eius speciei. At hoc in imagine dicta falsissimum est. Alias omnis imago hominis esset imago Cæsaris: quod tamen tolerari non potest. Itaque oportet imagines habere similitudinem individui. Quod si est, tum non potest filius, qua filius tantum, dici imago patris.

CAP. X.

De principio, & operationibus ad intra & ad extra.

I. Sexta calumnia est de principio. Septima, de operationibus ad extra, & ad intra, de quibus latet aliquid suo more Feuardentius. Sacrorum vestrorum Antistites, inquit, in designanda rerum omnium causa, & unico principio, turpissime lapsi sunt, quando tres divinas personas velut inæquales sic in diversas distribuunt classes ac sedes, ut Pater sit primum, Filius secundum, Spiritus tantum tertium omnium rerum principium: Pater primæ causæ, Filius secundæ, Spiritus solummodo tertiæ causæ rationem habeat. Calumniam probat ex verbis confessionis Gallicæ, Sancta Scriptura nos docet in illa singulari & simplici essentia Divina subsistere tres personas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. Patrem videlicet primam ordine causam, & originem rerum omnium: Filium autem eius Sapientiam, & Verbum æternum: Spiritum Sanctum eiusdem virtutem, potentiam & efficaciam. Item Calvinus in Catechismo eadem verba scripsit. Item in commentariis in Matthæi 22. & vers. 44. Sessio ad dextram metaphoricè accipitur pro secundo vel proximo gradu, quem Dei Vicarius occupat: Neque aliter in 26. vers. 44. & in Marci 16. v. 19.

II. Impugnandi causæ: prima, æqualitas personarum, quam Beza adstruit in maiori confessione: secunda, quod Trinitatis opera sint inseparabilia: tertia, quia in Scripturis creatio Deo vni & vero tribuitur æqualiter: non Patri: ut primæ causæ: Filio ut secundæ, Spiritui ut tertiæ: quarta: quia in symbolis vno eodemque modo creatio rerum, vni & soli principi Deo in personis trino accepta feratur: quinta, quia si tria essent principia inæqualia, tres haberent voluntates, bonitates, potentias subordinatas: atque ex consequenti tres naturas.

III. At primo loci illi Calvinus de sessione Christi importune, & inconsiderate huc adferuntur: non enim pertinent ad Trinitatis doctrinam, sed incarnationem. Nam id pro certo habet Calvinus eam sessionem ad Christum pertinere, qua mediator est, verus Deus, verusque homo. Et sane in symbolo coheret cum ascensione. Ascendit in cælos, seder ad dexteram Patris. Vocari autem Christum hac ratione Vicarium Patris, quisquam-ne Christianus ægre ferret, postquam audit à Paulo 15. prioris ad Corinthios, non tantum, Excepto eo, qui subiecit ei omnia: sed etiam, Quam tradiderit regnum Deo, ac Patri. Nimirum Sycophantæ hoc vnum erat pensum, ut calumniaretur, non ut legeret, non ut intelligeret, non ut sanus esset.

IV. Cætera iam facile purgantur. Nam illud, personæ velut inæquales, & diversæ illæ classes, Sycophantam oleat; nec nostra sunt, aut Calvinus, aut vllius omnino Catholici. Patrem appellari primum principium, & quidem ordine, non miraretur Franciscanus, si vel per fomium aliquando fuisset inter Catholicos. Quid enim? Nonne Patres Filium vocant principium de principio? Imo nonne Deum de Deo, lumen de lumine? Nonne & paulo ante voluerunt aduersarij dici fontem de fontibus? Hæc vero velut, nolit Monachus, intelligi nequeunt, quin distinguatur Filius principium à Patre principio, saltim ordine, eademque de Spiritu ratio.

V. Ad primam rationem respondeo, non magis obstare æqualitatem personarum, ne dicatur primum ordine principium Pater, quam ne dicatur primum ordine persona. Et sane nobis Pater primum ordine principium, nihil aliud est, quam Patrem esse principium, Filium principium, Spiritum principium, sed ordine tantum Patrem considerari primum. Ita enim oportet, cum certum sit, Filium non esse à se, sed à Patre, quem propterea Dionysius appellavit παρ' αὐτοῦ γέννησεν.

VI. Ad secundam: Certum opera Trinitatis esse indiuisa. Sed nego principium esse opus Trinitatis. Quemadmodum autem, etsi opera sunt indiuisa; tamen dicunt Catholici Deum de Deo: sic etiam non verenter agnoscere principium de principio: id est, personaliter, non autem essentialiter, Patrem primum principium.

VII. Tertia, primo absurde loquitur. Quid enim illud est, vni & vero Deo tribui æqualiter? Nam si vni, cur æqualiter? Si æqualiter, certe non vni. Nam æqualitas est in diuersis inter se comparatis. Secundo, falsum supponit. Nam Scriptura creationem Patri tribuit ut primæ causæ, Filio ut secundæ. Perspicuum: Ioannis. πάντες οὐκ ἔκτισθησαν, Omnia per ipsum facta sunt. In quæ Cyrillus, Omnia per ipsum facta sunt: ut per virtutem, ut per sapientiam Dei Patris, qua non quemadmodum in hominibus, quasi quadam qualitas Deo inest: sed per se ipsam vere subsistit, quamuis ineffabili generationis modo à Patre prodeat: sic enim sapientia, & virtus Patris vere Filius esse creditur. Nec tamen quia omnia quæ sunt, per ipsum facta dicuntur, quasi aliena voluntati minister, aut quasi ab alio viris accipiat, quibus creare queat, credendus est. Imo vero, quoniam virtus ipse Patris, sicut unigenitus Filius est, uniuersa cum Patre simul & Spiritu Sancto creauit. Cuncta enim ex Patre per Filium in Sancto Spiritu sunt. Theophylactus, Quomodo non dixit, Verbum fecit omnia, sed usus est illa professione διὰ τὴν ἁπλοῦς ἀφήνητον καὶ ἀκαρπὸν ἀπονοήσας εἶναι τὴν φύσιν, καὶ ἀπὸ τῆς οὐσίας ἕκαστον εἶναι, ὅσο κατὰ τὴν δύναμιν ἐπινοῶν τὰ πάντα, ὡς ἂν ὁ υἱὸς, ὡς ἂν ὁ πνεῦμα, ὡς ἂν ὁ υἱὸς, ὡς ἂν ὁ πνεῦμα, ὡς ἂν ὁ υἱὸς, ὡς ἂν ὁ πνεῦμα. Sic hoc loco Evangelista cum dixit, omnia per Filium esse facta significauit Patrem eo Mediatore ad creationem (ut ita dicam) usum esse. Aquinas, Si, ly, per, denotat causalitatem hoc parte operationis, tum hoc quod dicitur Patrem operari omnia per Filium, non est appropriatum Verbo, sed proprium eius; quod hoc quod est causa creaturarum habet ab alio, scilicet à Patre, à quo habet esse. Hæc si vera sunt, tum certe non eodem modo creatio tribuitur Patri, & Filio, etsi æque Patri & Filio.

VIII. Quarta ratio rursus supponit falsum. Nam omnia Symbolæ Creationem Patri tribuunt. Apostolicum, Credo in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem Celi & Terræ. Et in Iesum Christum Filium eius. Nicænum, Credo in vnum Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem Celi & Terræ, visibilibus omnium, & inuisibilibus, & in vnum Dominum Iesum Christum. At hic (inquit Feuardentius) Dei nomine intelligitur Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Atqui, inquam, non Deus simpliciter, sed Deus pater nominatur. Et quidem distincte à Filio & Spiritu. Ergo personæ Patris distinctæ à Filio, & Spiritu, tribuitur creatio.

IX. Quinta ratio à tribus principis inæqualibus merum est somnium. Quis enim tria principia constituit? quis tria inæqualia? Non certe si Pater, Filius, Spiritus sunt vnus Deus. Ergo Pater principium, Filius principium & Spiritus principium; sunt vnum principium, non tria. Et si Filius æqualis Patri: ac Spiritus vtrique: tum Filio, non erit principium inæquale Patri, nec Spiritus vtrique.

X. Hactenus de principio. Nunc de operationibus. Beza ferm. 5. de passione: Sicut hæc tres personæ diuina sunt distinctæ in essentia sua: sic debet obseruari ista distinctio in operationibus earum. Damnat hoc Feuardentius, quia opera Trinitatis ad extra sunt inseparabilia.

XI. Imo Sycophanta verborum Bezae partem omisit: eam excerpti, quæ auulsa à contextu visa est opportuna calumniæ. Quomodo, quis tutus sit à blasphemia? Ne ipse quidem Filius Dei. Beza autem scripsit, Et si, cum vnica sit essentia: potentia, voluntas Dei, quacunque inæprecedunt opera: ad extra sint tribus personis communia, maxime hæc duo præstantissima, nempe creatio mundi, & redemptio hominis: nihilominus sicut hæc tres personæ diuinae sunt distinctæ in essentia sua, sic debet obseruari ista distinctio in operationibus earum. Hic vtrumque vides, & opera ad extra esse communia tribus personis, hoc est, inseparabilia: quod Monachus obicit & esse tamen distinguendas operationes. Ergo ex Beza mente, hæc duo axiomata non sunt contraria: & sane quæ iam diximus de creatione, illustrent: Creator est Pater, Creator Filius, Creator Spiritus, id est, creatio communis, opus inseparabile. At nihilominus creat Pater per Filium in Spiritu. Ergo in eodem opere creationis, alia operationis ratio Patris, alia Filii, alia Spiritus. Nec aliter in redemptione saluat Pater, saluat Filius, saluat Spiritus. Sed non eadem ratio in omnibus. Nam Filius solus est Mediator Spiritui soler Scriptura peculiariter sanctificationem tribuere. Nyssenus ad Allabium quod non sunt tres dii, in diuina natura non ita didicimus, quod Pater faciat aliquid per se solus, quod filius non vnus cum eo capessat. Aut Filius rursus peculiariter aliquid operetur absque Spiritu. Sed omnis actio ad creaturam à Deo proveniens, quæ secundum varias notiones, atque considerationes nomen accipit, à Patre proficitur, & per Filium progreditur, & in Spiritu Sancto perficitur. Hoc voluit Beza. Hoc si carpit Monachus, næ ille iam plus quam Sycophanta.

XII. Contraria iam calumnia est. Caluius in responso Ecclesie Geneuenis

neuenfis contra Stancorum scripsit, Trinitatis opera sunt intrinsecus indiuisa. At opera intrinseca dicuntur (inquit Monachus) quae ipsam Diuinitatis vnitatem, & personarum Trinitatem, ac maiestatem non exeunt. Et haec distincta esse, pro distinctione personarum, Catholici credunt.

XIII. Ego, inquam, & Calvinus credidit. Nam Calvinus valde Catholicus: & nominatim in articulo Trinitatis: Nonne enim personas suis certis distinctas proprietatibus agnouit? Aut nonne Patrem ingenitum, Filium genitum? & quo modo potest ab eodem generatio actiua aequae tribui Filio ac Patri? Calvinus scripsit, Nihil tutius est quam profanis argutijs, & speculationibus valere in suis mentes nostras defixas tenere in illa admirabili dispensatione, in qua dicitur Pater Filium unigenitum misisse, ut in eo nobis esset propitijs, & eius aduocati patrocinio exorabilis: Imo cum barbaris grassata est in toto mundo, vulgare tamen illud dictum opera Trinitatis esse indiuisa, quia per se durum erat, interposita restrictione, correctum, vel mitiga-

sum fuit: nempe cum addita fuit particula intrinsecus. Hic primo aduertendum loqui Calvinum de Redemptionis mysterio: Itaque de operibus, quae vocantur ad extra: non enim ea numeratur inter operationes ad intra. Quis igitur non videt Sycophantiam, quae id ad operationes intrinsecus trahit? Itaque secundo Calvinus non construit opera intrinsecus, vt solent appellari oppositae operationes ad extra: sed indiuisa intrinsecus: ut sensus sit, Opera Trinitatis, quae vocantur ad extra, esse indiuisa intrinsecus, hoc est, ratione intrinseca Deitatis, sed extrinsece tamen, hoc est, ratione nostri distingui. In quo fateor esse Calvinum ὀφθαλμῶν: non enim opinor sic loquuti Scholastici; aut in eum sensum. Nam hi illud intrinsecus construxerunt cum operibus. Memoriam igitur Calvinum lapsam fateor, sed haeresin tamen in eo nullam agnosco. Nam in precedente calumnia docuimus in operibus ad extra distingui personarum operationes.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS, DE ATTRIBVTIS DEI,

Caput I.

OMNIPOTENTIAM A CATHOLICIS NON NEGARI,



ACTVM de personis Deitatis. Nunc de Attributis. In quibus, quae controuertuntur, reuoco ad Omnipotentiam, & Prouidentiam. Omnipotentiam intelligimus, vim illam Dei in agendo, cui nihil obistere possit. Et hanc a nobis negari strenue calumniantur. Et primo Feuardentius negat enumerari in Attributis Dei in confessione Gallicarum Ecclesiarum: aut a Beza in sua confessione. At qui in primo manifeste mentitur. En tibi Articulum Gallicae confessionis primum, Credimus & agnosimus unicum Deum, qui sit unica & simplex essentia spiritalis, aeterna, inuisibilis, immutabilis, infinita, incomprehensibilis, inenarrabilis, omnipotens, summe sapiens, bona, iusta & misericors. Et qui nescit alioquin a nobis pro Christianitatis professione, inculcari symbolum Apostolorum: admitti etiam symbolum Nicanum, & Athanasii, in quibus disertam omnipotentiae confessio.

Credimus & agnosimus unicum Deum, qui sit unica & simplex essentia spiritalis, aeterna, inuisibilis, immutabilis, infinita, incomprehensibilis, inenarrabilis, omnipotens, summe sapiens, bona, iusta & misericors. Et qui nescit alioquin a nobis pro Christianitatis professione, inculcari symbolum Apostolorum: admitti etiam symbolum Nicanum, & Athanasii, in quibus disertam omnipotentiae confessio.

II. Quod attinet ad Bezam, vis argumenti haec est: Beza in maiori sua confessione non enumeravit omnipotentiam. Ergo Beza negavit omnipotentiam. Respondeo primo negari consequentiam. Nam si credidit omnipotentiam, ergo non negavit. At creditur: hoc probatur ex alijs eius operibus. Nam in primo Catechismo inseruit ἀποκρίσει Symbolum Apostolorum, in quo est omnipotentia diserte. Deinde in breui explicatione totius Christianismi, cap. 2. De omnipotentia via sunt imperferutabiles. Et Apologia altera ad Claudium de Xaitres, Quod ad Diuinitatem potentiam attinet, tam credimus Deum omnia posse, quae a potentia proficiscuntur, quam credimus Deum esse: quia si omnipotens non est, ne Deus quidem est. Secundo, ne Antecedens quidem verum est. Nam eiusdem confessionis maioris cap. 1. art. 3. eius potentiam & bonitatem comprehendere posse negat. Et cap. 2. art. 2. legas vim infinitam: & art. 16. summam potentiam.

III. Sed haec calumnia leuissima est. Secundum argumentum, quia Calvinus dicat, Nihil esse in potestate Dei, quod sit contra ordinem mundi rerumque proprietatem: probat Sanchezus ex libro de Vera Ecclesiae reformatione. Et libri 4. Institut. cap. 17. § 24. addit Beza in Cyclope contra H. shufium.

IV. Respondeo non restringi a Caluino, aut Catholicorum quoquam omnipotentiam Dei a vllum ordinem naturae, vllam rerum proprietatem: Nam si hoc: Ergo non crede eam ab eodem sic i quicquam praeter eum ordinem; praeterque eas proprietates. At hoc falsum. Credunt enim Catholici mundum esse a Deo creatum; quod fuit & praeter ordinem naturae, quae non tum erat; & praeter proprietates rerum, quae nullae erant. Citedunt Diluuium factum temporibus Noë: Credunt Noë seruatum in arca, cumque eo aliqua indiuidua omnium specierum brutorum. Quia historia, quid obseruari potest factum secundum ordinem naturae, rerumque proprietates? Enim vero neque is ordo naturae, vt aqua totum orbem terrarum submergant. Nam et si caprimo dispositio fuit elementorum ab initio creationis: tamen ordo naturae alius impositus a Deo, cum separatae sunt terrae ab aquis: Et hic ordo hoc diluio violatus est. Quid? isne ordo, eaque proprietates rerum, vt omne genus animantium: ferre cicures, aëreae, terrestres, aquaticae, vna arcu laudantur, imo ipsae in arcum sponte includantur? Quid Sodomae & Gomorrae destructionem dicam? Quid Isaaci genitricem? Aegypti plagas? Solem cohibuit? Quid in Nouo Saeculo nostri conceptionem? Quis tam impudens est Monachus, qui neget Calvinum, imo qui Catholicos neget credere eam factam a Deo? & factam contra ordinem naturae? contra proprietatem rerum? & tantae luci tenebras offundent Sophistae? Non possunt.

V. Imo Calvinus in Lucae 1. c. vers. 18. Pro causa dissidentia, in Zacharia fuit, quod in ordine natura subsistens, Dei potentia minuitur quae decet. Quid clarius? Audite Sophistae, audite Sycophantae! Calvinus protestatur, eum, qui subsistit in ordine naturae, minus tribuere Dei potentiae, quam decet. Et hic potentiam Dei subicit ordini naturae, Sequitur, Nimirum enim stricte, & maligne sentiunt de operibus Dei, qui non plus facturum credunt, quam secundum naturam credibile est, quasi eius manus, vel sensus nostro subiecta, vel terrenis medijs inclusa esset. At qui fidei proprium est longe plus credere, quam fieri posse carnis ratio dicit. Idem in Catechismo ad articulum Symboli primum hoc modo asserit Deum dici Omnipotentem, vt intelligatur habere omnia sub potestate & manu: prouidentia gubernare mundum: arbitrio suo omnia constituit: omnibus creaturis prout visum est, imperare. Et postrema admonitione ad Westphalum. Qui de nihilo creauit omnia, potest ad tempus in nihilum redigere, quae videntur impedire progressum operum eius.

VI. Sed excutio locos. Primus ita est: Calumniatur vocari a nobis in dubium Christi omnipotentiam, ipsumque insimulari vanitatis. Quasi vero hic de Christi potentia disputetur: ac non potius ex eius verbo quaerenda sit mysterij veritas. Rerum omnium conuersionem fieri posse a Christo, nos quoque fatemur. Verum inde si quis caelum colligat conuersum esse in terram, ridiculus veritatis divina estimator, qui natura ordinem ab illo fixum & constitutum, monstrat sibi fingendo reuelat.

VII. Hic vero, quid est, quae so, quod quisquam bonus, hoc est, non Monachus, accuset blasphemiae contra Omnipotentiam? Negat in ea quaestione, quae est de Transubstantiatione, agi de Christi Omnipotentia. Itane insanat aliquis, vt eorum verborum vim eandem asserat esse, ac si diceret, non esse Christum Omnipotentem? Rursus concedit omnium rerum conuersionem fieri posse a Christo. Et qui hoc concedat, neget Omnipotentiam? Tertio, ridiculos asserit qui proponentes Christum omnia posse mutare, quod verissimum, concludant ergo mutauisse caelum in terram. Hos, inquit, reuellerent ordinem naturae a Deo fixum, dum sibi monstra fingunt. Quid haec contra Omnipotentiam Christi? nisi forte eorum stolidam, portentosamque dementiam, qui ex quolibet quilibet efficiunt, Omnipotentiam Christi Sophistae appellant. Enim vero hoc iis restat, vt nequitiae cumulum impleant. Sane vero pepones esse oportet, qui non distinguant negationem consequentiae, a negatione antecedentis Dicam disertius, vt etiam stolidissimi capiant, si possunt quicquam stolidissimi capere. Argumentatio disponi debuit in hanc formam: Si Deus est Omnipotens: ergo transubstantiatur panis in corpus Christi. Ridet Calvinus mirum argumentum: & comparat cum isto: Si Deus est Omnipotens, ergo mutatum est caelum in terram. Nimirum concessit antecedens Calvinus, quo asseritur Deus esse Omnipotens, negavit consequentiam, id est, transubstantiari panem, aut mutari caelum. Ingens videlicet crimen: & dignum, in quo exagitando, tota se occupet Papistrarum vehemens loquentia; siue loquens vehementia: enimvero hoc illis symptoma subinde oportet geminari, quamdiu illos haeretica febris detinebit.

VIII. Alter Caluini locus, ex §. 24. c. 17. lib. 4. Institut. prolixior est: describendus tamen integer; quia miseris modis laceratur a Sycophanta, eam tantum excerpte, quae iudicabat aptiora calumniaturo. Nos rationi humanae ita addictos esse iactant, vt nihil plus tribuamus Dei potentiae, quam natura ordo patitur, & dicat communis sensus: A tam improbis calumnijs prouoco ad ipsam doctrinam, quam tradidi. Audin' primo, sibi obici solitum hoc ipsum, quod ei nunc obicitur? hoc ipsum, quo de nunc agimus? & quomodo purgat? Calumnias appellat, improbas calumnias. Quisquam ne ita loquatur, cui sua verè sua, doctrina obicitur? Conficimus ergo non credidisse, non docuisse Calvinum, nihilo plus tribuendum potentiae Dei, quam naturae ordo patitur.

IX. Sed pergit Calvinus. Prouoco ad ipsam doctrinam, quam tradidi: qua satis dilucide ostendit, me hoc mysterium minime rationis humanae modo meioris.